

Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « œuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.

Copyright - © Bibliothèques Virtuelles Humanistes

ferendū et sperandū
H I P P O
C R A T I S A C G A =
leni libri aliquot, ex recognitio
ne Francisci Rabelæsi, medici
omnibus numeris absolutissi
mi: quorum elenchem se
quens pagella indi
cabit.

Hic medicæ fons est exundantissimus artis.
Hinc, mage ni sapiat pigra lacuna, bibe.

VIRTVTE DVCE,



COMITE FORT.

Apud Gryphium Lugd.

1532

MS. 1532. fol. 1 verso

HIPPOCRATIS Aphoriss
morum Sectiones VII.

Eiusdem Præfragiorum lib. III.
Eiusdē de ratione uictus in mora
bis acutis, lib. IIII.

Eiusdem de natura humana.

GALENI Ars medicinalis.

Aphorismi Hippocratis lingua
Ionica, ex fide uetusissimi co
dicis.

HIPPOCRATIS

Ἴπιτάφιον.

Θεαταὶ ιπποκράτης, καὶ γένος ἐνθάδε κεῖται).

Φοίβῳ ἀπό τοῖς ἀθανάτοις μηγαῖς.

Πλάστε βόπουα νόσων σήμας δύπλεις ὑγιέιναι.

Δόξαντι πάντα πολλὰν τὸ τύχην, ἀλλὰ τέ τυχην.

→ ἀγαθῇ τύχῃ.



CLARISSIMO

DOCTISS. QVE VIRO
 D. Gotofredo ab Estissaco Malleas-
 censi episcopo Franciscus Rabela-
 sus medicus, S. P. D.



V M anno supe-
 riore Monspessuli
 aphorismos Hip-
 pocratis, et dein-
 ceps Galeni artem
 medicam frequenti auditorio publi-
 ce enarrarem, Antistes clarissime,
 annotauerā loca aliquot, in quibus
 interpretes mihi non admodum sa-
 tisfaciebant. Collatis enim eorum
 traductionibus cum exemplari græ-
 canico, quod, præter ea quæ uulgo.

circunferuntur, habebam uetustissi-
 mum, literisq; Ionicis elegantissime
 castigatisq; exaratum, comperi
 illos quamplurima omisisse, quæ-
 dam exotica & notha adiecissem,
 quædā minus expressisse, non pauca
 inuertisse uerius quam uertisse. Id
 quod si usquam alibi uitio uerti so-
 let, est etiā in medicorū libris pia-
 culare. In quibus uocula unica, uel
 addita, uel expuncta, quin & apicu-
 lis inuersus, aut præpostere adscri-
 ptus, multa hominū milia haud ra-
 ro neci dedit. Neq; uero hæc à me
 eò dici putas, uelim, ut uiros bene
 de literis meritos suggillem. οὐ φίλε
 ω. Nam eorum laboribus & plu-
 rimum deberi arbitror, & me non

leuiter profecisse agnosco. Sed si cui
bi ab eis erratum est, culpam totam in
codices, quos sequebantur eisdem ne=
uis inustos, reiiciendā cēseō. Anno=
taciunculas itaq; illas Sebastianus
Gryphius calcographus ad unguē
cōsumatus, et perpolitus. cūm nu=
per inter schedas meas uidisset, iam=
diuq; in animo haberet priscorum
medicorū libros, ea qua in cæteris
utitur diligentia, cui uix æquiper a=
bilem reperias, typis excudere, con=
tendit à me multis uerbis, ut eas si=
nerem in cōmunem studiosorū utili=
tatem exire. Nec difficile fuit impe=
trare, quod ipse alioqui ultrò datu=
rus eram. Id demū laboriosum fuit,
quod quæ priuatim nullo unquam

edendi cōsilio mihi excepseram, ea
 sic describi flagitabat, ut libro ad-
 scribi, eoq; in enchiridij formā reda-
 eto, possent. Minus enim laboris,
 nec plusculum fortasse negocij fuī-
 set, omnia ab integro latine redde-
 re. Sic qā libro ipso erāt quæ anno-
 tauerā altero tanto prolixiora, ne li-
 ber ipse deformiter excresceret, ui-
 sum est loca dūtaxat, ueluti p̄ tran-
 sennā, indicare, in quibus Græci co-
 dices adeundi iure essent. Hic nō di-
 cam qua ratione adductus sim, id
 quicquid est laboris, tibi ut dicarē.
 Tibi enim iure debetur quicqd effi-
 cere opera mea potest: qui me sic tua
 benignitate usq; fouisti, ut quocūq;
 oculos circūferam, ολίγην ἡ ψευδής ἡ δέ

Θαλάσσα munificentiae tuæ sensibus
 meis obuersetur : qui sic pontificiæ
 dignitatis, ad quā omnibus Senatus
 Populiq; Pictonici suffragijs assum
 ptus es, munia obis, ut in te, tāquam
 in celebri illo Polycleti canone, no=
 strates episcopi absolutissimū probi
 tatis, modestiæ, humanitatis exem=
 plar, ueramq; illam uirtutis ideam
 habeant, in quam cōtuentes, aut ad
 propositum sibi sp̄culū se, moresq;
 suos cōponant, aut (quod ait Per=
 sius) uirtutem uideant, intabescātq;
 relicta. Boni itaq; omnia cōsule, et
 me, quod facis, ama. Ἡρόδοτος δὲ οὐ ip̄o τὸν
 θεοκιμώτατε καὶ σύντυχων πλοτέλει.
Lugduni Idibus Iulij, 1532.

9

A P H O R I S-

M O R V M H I P P O-

cratis sectio prima, Nicolao
Leoniceno Vicentino
interprete.



1 T A breuis, ars
uero longa, oc-
casio autē præ-
ceps: experimen-
tū periculoseum,
iudiciū difficile.
Nec solū seipsum
præstare oportet opportuna fa-
cientē, sed & ægrum, & assiden-
tes, & exteriora.

2 **I**N perturbationibus uentris,
& uomitibus *spōtaneis, si ta-
lia purgen̄ qualia purgari opor-
tet, confert, & leuiter ferunt: sin
minus, contrā. Sic & uasorum
inanitio, si talis fiat, qualis fieri
debet, confert, & bene tolerant:

* αὐτομά-
τως γνωμέ-
νος. i. spō
te factis.
κινητός

a 3

sin minus, contrà. Inspicere itaq;
oportet & regionem & tempus,
& ætatem, & morbos in quibus
conueniat, aut non.

*διεσιάτι.
boni habi-
tus.

H*Abitus exercitatorū qui
ad summū bonitatis attin-
gunt, periculosi, si in extremo cō-
stiterint. neque enim possunt in
eodē permanere, neque quiesce-
re. Cum uero nō quiescant, neq;
possunt proficere in melius: reli-
quū est igitur ut decidant in dete-
rius. His de causis bonum habi-
tum statim soluere expedit, ut
corpus rursus nutriti incipiat.
neq;^{*} cōpressions ad extremū
ducēdæ: periculose enim. Sed
qualis natura fuerit eius qui des-
bet perferre, ad hoc ducere cōue-
nit. Sic & euacuationes quæ ad
extremū deducunt, periculose.
& rursus refectiones, cum extres-
mæ fuerint, periculose.

V*ictus tenuis, atq; exquisit^{us}, in morbis quidem longis semp, in acutis uero, in quibus non cōuenit, periculosus. Et rursus qui ad extremum deuenit tenuitatis, grauis est. Nam & repletiones, quæ ad extremum deueniunt, graues sunt.

*Siāttat. rationes ut
ctus.

�ndētōl. affectibus.

In tenui uictu ægri delinquūt. I quo fit ut magis lēdant. Quis cunq; enim error cōmittitur magnus, maior in hoc fit, q; in pauso pleniori uictu. propterea etiā sanis piculosus existit ualde exquisitus uictus, & constitutus: quoniam errores grauius ferūt. Ob hoc igit tenuis uictus, atque admodū exquisitus, eo q; sit pauso plenior, magis periculosus.

Ex tremis morbis, extrema exquiste remedia optima sunt.

Vbi morbus peracutus est, statim extremos habet las

bores, & extremæ tenuissimo ui-
ctu utendum est. Vbi uero non,
sed pleniorum uictum contingit
adhibere: tantum cibi, indulgen-
dum est, quanto morbus extre-
mis est *mollior.

*Leuior.
Gaza.

Quando morbus in suo ui-
gore constiterit, tunc uictu
tenuissimo utendum est.

Coniectari autem oportet, an
æger cum uictu sufficiat per-
durare donec morbus consistat,
& nūquid prius ille deficiat, nec
possit cum uictu perdurare, uel
morbus antea deficiat, atq; he-
betescat.

Qibus igitur statim mor-
bus consistit, his statim te-
nuis uictus adhibendus est. qui-
bus uero posterius debet consi-
stere, his & in ipso cōsistēdi tēpo-
re, & parū ante illud, cibus sub-
trahēdus. prius uero uberius a-
gendum, ut æger sufficiat.

Ni accessionibus abstinere oportet, nam cibum dare, non
cuum est, & quibus per circuitū
fiūt accessiones, in ipsa accessione
abstinere oportet.

Accessiones uero, & constitu-
tiones, morbi indicabunt,
& anni tempora, & circuituum
successiva incrementa, siue quo-
tidie, siue *alternis diebus, siue p
maiora interualla fiant. Sed &
ex his quæ mox apparent, indi-
cia sumuntur: quemadmodū in
morbo laterali, si circa initia sta-
tim *sputum appareat, morbus
breuiat, si uero postea appareat,
producit. Et urinæ, & alii excre-
menta, & sudores, quæcunque ap-
paruerint, uel bonam morborū
iudicationē, uel malam, uel bres-
ues, aut longos fore morbos os-
tendunt.

Senes facillime iejunium fe-
runt; secundo loco qui ætatē

Galenus
primo de
crisis.

* *μεταρρύθμιση*

* *Screatio*
purulenta
Gaza.

consistentem habent: minus adolescentes: omnium minime pueri, præsertim qui inter ipsos sunt uiuidiores.

Quod Vi crescunt, plurimum habent calidi innati: plurimo igitur egent alimento, alioquin corpus absumitur. Senibus uero parum calidi innati inest: paucis propterea fomitibus egent, quia a multis extinguntur. Hanc etiam ob causam febres senibus non solum militer acutæ fiunt, frigidum enim eorum corpus.

Ventre hyeme, & uere natura calidissimi sunt, & somni longissimi: quare per ea tempora alimenta copiosiora sunt exhibenda. Etenim tunc calor innatus plurimus est, unde & pluribus egent alimentis. * Indicio sunt ætates, & athletæ.

V*Ictus humidus febricitantibus omnibus confert, ma-

*προθυμός
τιρα. i. animo propen-
siores.

*τὸς αὐξανό-
μων.

*εὐεκκαύ-
σιτας.

*Argumento,
Gaza.
οντεῖον.

*σιγάται,

xime uero pueris, & alijs quita
li uictu uti consueuerunt.

Et quibus semel, aut bis, &
quibus plura'ne, an paucior-
ra particulatim oporteat affe-
re, considerandum. Condonan-
dum autē aliquid tempori, æta-
ti, & consuetudini.

AEstate, & autūno cibos dif-
ficillime ferunt, hyeme, fa-
cillime : secundum locum uer-
habet.

His qui per circuitus, acces-
sionem habent, nihil dare
oportet, neque cogere, sed sub-
trahere adiectioni ante iudica-
tiones.

Quae iudicantur, & iudicata
sunt integre, neq; mouere,
neq; nouare aliquid, siue medi-
camētis, siue aliter irritando, sed
finere.

Quae ducere oportet, quo
maxime natura uergit p

* de l'Ep. i.
impertien-
dū:ne quis
indulgēdū
putet. Vide
Gal.lib. 8.
de pax wa-
tikās.

loca conferentia eò ducere.

*^{oργα}, gli-
scant. **C**Oncocta medicari, atq; mo
Cuere non cruda, nec in princ
cipijs, modo nō *turgeant, plu
gna ex par rima uero non turgent.
ee.

^oCopia.

Diectiones, non multitudis,
ne sunt æstimandæ, sed si ta
lia deïciātur qualia cōueniunt,
& ægris facile tolerant. Atq; ubi
usque ad animi defectionem ex
pedit ducere, faciendum, si æger
possit *tolerare.

*Durare,
Gaza.

^oAffecti
bus.

In acutis passionibus raro,
& in principijs medicinis pur
gantibus uti, & hoc cū præme
ditatione faciendum.

Si qualia oportet purgari, pur
gentur, confert, & facile fe
runt: si contrà, difficulter.

A P H O R I S-
M O R V M H I P P O-
cratis Sectio secunda.



N QVO modo so-
mnus laborem fa-
cit, mortale: si ue-
ro iuuat, non mor-
tale.

rb

V Bi somnus * delirium sedat,
bonum.

* παρα-
φροσύνη.

S Omnus, atque uigilia, utras-
que si modum excesserint,
malum.

N On satietas, non fames: ne-
que aliud quicquam quod
*modum naturæ excesserit.

* Naturam
Gaza.

S Pontaneæ lassitudines, mor-
bos prænuntiant.

Q Vicungæ dolentes parte ali-
qua corporis, * omnino do-
lorem non sentiunt: his "mens
ægrotat.

* τὰ πόλλα
magna ex
parte.Gaz.
γυμνι.

b

Quæ longo tempore exte-
nuantur corpora, lente re-
ficere oportet; quæ uero breui,
breuiter.

SI à morbo cibum assumens & quis non corroboratur, pluri alimento corpus.* uti significat. quod si non assumente cibū hoc accidat, scire oportet quod indisget euacuatione.

Corpora cum quispiam purgare uoluerit, oportet* huic da facere.

Non pura corpora quanto
plus nutries, tanto magis
lædes.

Facilius est impleri potu, quā cibis.

QVæ relinquuntur in morbis, *recidiuas facere consueuerunt.

Quibuscunque crisiſ. id eſt iur dicatio* fit, his nox grauiſ ante accessionē. Quæ uero ſub-

sequitur magna ex parte leuior
existit.

14 **N** profluuijs alui, mutationes
excrementorum iuuant, nisi
ad mala mutatio fiat.

15 **V** Bi fauces ægrotat, aut^{*} tu^z ^{*φύματα,}
bercula nascuntur in cor-
pore, excretiones inspicere opor-
tet. Nam si biliosæ fuerint, cor-
pus una ægrotat. si uero simi-
les sanis, tutum est corpus nu-
trire.

16 **V** Bi fames, laborandum non
est.

17 **V** Bi cibus præter naturam
plus ingestus est, hic mor-
bum facit. ostendit autem sanatio.

18 **F** Orū quæ^{*} uniuersim & uelo- ^{*ἀθροῦσι.}
Eciter nutriunt, ueloces quoq;
fiunt excretiones.

19 **A** Cutorum morborum non
omnino sunt certæ præ-
nunciationes, aut salutis, aut
mortis.

Q Vibus iuuenibus adhuc al
20 uus humecta est, his sene-
scētibus exiccatur. Quibus ue-
ro iuuenibus adhuc aluus sic-
ca est, his senescentibus hume-
ctatur.

F Amem, thorexis, id est uini
21 potio soluit.

Q Vicunque morbi ex reple-
22 tione fiunt, curat euacua-
tio. Et quicunque ex euacuatio-
ne, repletio. & aliorum contra-
rietas.

A Cuti morbi in quatuorde-
23 cim diebus iudicantur.

Septenorū, quartus est index.
24 Alterius septimanæ octauus
principium. Est autem & unde-
cimus cōtemplabilis. Ipse enim
quartus est alterius septimanæ.
Rursus uero & decimus septi-
mus cōtemplabilis, ipse siquidē
quartus, est à quartodecimo: se-
ptimus uero, ab undecimo.

*Septena-
trij Gaza.

25 **A**Estiuæ quartanæ magna ex
parte breues: autumnales,
longæ, & maxime quæ hyemæ
attingunt.

26 **F**ebrem conuulsioni superuez
nire melius est, quam febri
conuulsionem.

27 **H***is qui nō ex ratione leuius
se habent, nō oportet fidez
re, neq; multum formidare mala
quæ præter rationem eueniunt.
Plurima enim talia stabilia non
sunt, neq; multū durare, & per-
manere consueuere.

28 **F**ebricitantium non omnino
*leuiter, permanere corpus,
& nihil minui, uel etiā plus quā
ratio postulat, contabescere, ma-
lum. hoc enim morbi longitudi-
nem, hoc uero imbecillitatē si-
gnificat.

29 **C**Vm morbi inchoat, si quid
mouendum uidetur, moue.
cum uero consistunt, ac uigent,

b 3

* τοῖσι μᾶ
χατὰ λόγον
καταθέουσιν.
i. His quæ
non ex ra-
tione leuāt.

* ιππως-
λαχισ.

melius est quietem habere.

Circa initia, & fines, omnia 30
imbecilliora, cum uero con-
sistunt, fortiora.

Elus qui ex ægritudine bene 31
cibatur, nihil proficere cor-
pus malum.

Omnes ferè qui male se ha- 32
bent circa initia bene ciba-
ti, nec quicquam proficientes,
~~κακίζοντες.~~ circa finem rursus^{*} cibum non
appetunt: qui uero circa ini-
tia cibum ualde non appetunt,
postea bene appetētes, n̄ melius
euadunt.

TN quouis morbo mente con- 33
stare, & bene se habere ad illa
quæ offeruntur, bonum. contra
uero se habere, malum.

TN morbis minus periclitant̄ 34
I quorū naturæ, aut ætati, aut
habitui, aut temporis magis con-
gruit morbus, quā quibus secun-
dum nihil istorum congruit.

35 IN quouis morbo partes ad umbilicū, & imū uentrem attingentes, crassitudinem habere, melius est multum uero extenuari, ac cōtabescere, prauum. Sed & hoc quōq; ad inferiores purgationes, periculum.

36 **Q**uis salubritatē corporis habent, per medicamēta euacuati cito exoluunt. & qui praeuo utuntur cibo.

37 **Q**ui bene se hñt corpore, difficulter ferūt medicatiōes.

38 **P**ārum deterior potus, aut ci- bus, suauior autem, melioribus quidē, sed minus suauibus, est præferendus.

39 **S**eniores iuuenībus plurimū sagrotant minus. Qui uero morbi ipsis accidunt longi, maxima ex parte comitantur ad mortem.

* τὰ μὲν
πολλὰ. i.
magna ex
part.e
* εἰς μα-
ρτυρίας.

40 **R**aucedines, & grauedines in ualde senibus coctionem

b 4 —

non admittunt.

Qui frequenter, ac fortiter
absq; causa manifesta exol-
uuntur, de repente moriuntur. 41

Soluere morbum, quem apo-
plexiā uocant, fortē, imposs-
sibile: debilem uero, non facile. 42

Strāgulati, atq; dissoluti, nō-
dum mortui, non referuntur,
quibus spuma circa os fuerit. 43

Qui natura admodū crassi
sunt, citius intereunt, quā
qui graciles. 44

Qvicunque iuuenes morbo
comitiali laborant, muta-
tione maxime ætatis, & tempo-
rum, & locorum, & uictuū quo-
que liberantur. 45

Dvobus doloribus simul e:
undem locū infestantibus,
uehementior alterū obscurat. 46

Dvm pus cōficitur, dolores,
ac febres accidunt magis,
quām iam confecto. 47

*Obesi,
Gaza.

* μὴ κατὰ
γέροντον
τόπον . i.
nō eodem
in loco.

48 **I**N omni corporis motu ubi la
borare cœperit, quies statim
laſſitudinem aufert.

+ ixozop.

49 **Q**ui consueti solitos labores
ferre, & si fuerint imbecil-
les, & senes, non consuetis, fortis-
bus, atq; iuuenibus facilius fe-
runt.

50 **Q**uæ ex longo tempore con-
sueta sunt, etsi deteriora
sunt, insuetis minus molestare fo-
lent. Oportet igitur ad insueta
permutari.

51 **P**lurimum, atq; repente eu-
cuare, uel replere, uel calefa-
cere, uel refrigerare, siue quoquis
alio modo corpus mouere, peris-
culoſum, quoniam omne nimis
est naturæ inimicum. sed quod
paulatim fit, tutū est, tum alijs,
tum cum ab altero ad alterum
transitus fit.

52 **O**mnia secundum rationē fa-
cienti, si non succedat secun
b. s

dum rationem, non est transendum ad aliud, stante eo quod à principio usum est.

Q Vicūq; aluos humidas habent, si quidē iuuenes fuerint, melius cōmutant his q; siccas habent. Ad senectā uero dete
rius cōmutant. nā senescentibus magna ex parte exiccantur.

M Agnitudo corporis iuuenit
tæ quidem, neq; indecēs,
neque illiberalis: senectæ uero
* dūoche- *inutilis, & deterior paruitate.

sup.

A P H O R I S,

M O R V M . H I P P O=

cratis Sectio tertia.



Vtationes temporū
potissimum pariunt
morbos: & in quis
busdā temporibus
magnæ mutatiōes,
aut frigoris, aut caloris, & alia

proratione, eodem modo?

Naturarum, hæ quidem ad æstatem, hæ uero ad hyem bene, male ue* se habent.

* περιφύκα
οιν.

MOrbi quoq; alij ad alia bene, uel male se habent, & quædam ætates ad tempora, & loca, & uictus genera.

In temporibus, quādo eadem die modo calor, modo frigus fit, autūnales morbos expectare oportet.

Avstri auditum hebetantes, caliginosi, caput grauantes, * pigri dissolueintes. quando huiuscmodi tempestas præualerit, talia in morbis patiuntur. At si aquilonia fuerit, tuſſes, fauces, alii duræ, difficultates urinæ, * horrores, costarū dolores, & pectoris. quando hæc tempestas præualuerit, talia in morbis expectare oportet,

* ωθροι.

* φρικες.
μισι. horri
fici, Gaza.

QVando æstas fit ueri similes, sudores in febribus multis expectare oportet.

**τοῖοιν
ἀνχυμοιοι. i.
per squalo-
rem. Gaza.
“ ἀστρίς
πληθ. i. ut
plurimum,
magna ex
parte.*

**δικρινέ-
σατοι. i. iudi-
catu faci-
les.
δινοχριτοι.*

**θανατω-
σισατο. i.
exitiosissi-
mi.
φθινοι.*

**ἀνχυμός.
i. squalida.*

IN* siccitatibus febres acutæ fiunt: & si annus magna ex parte talis fuerit, qualem fecerit cōstitutionem, tales *plurimum morbos oportet expectare.

IN constantibus temporibus, cū tempestiue tempestiuæ reduntur, morbi cōstantes, & boni iudicij fiunt. In inconstantibus autem, inconstantes, &* mali iudicij.

AVtumno morbi acutissimi, atq; exitiales, maxima ex parte. Ver uero saluberrimum, & minime exitiale.

AVtumnus* tabidis malus.

DE temporibus: siquidē hys-
Dems* sicca, & aquilonia fue-
rit, uer uero pluuiosum, & au-
strale, necesse est æstate febres as-

cutas, & lippitudines, Græci ophthalmias uocant, & intestinorum difficultates fieri præcipue uero mulieribus, & uiris q[uod] natura sunt humidiiores.

Si uero hyems australis, & pluuiosa, & serena fuerit, uer autem siccum & aquiloniū, mulieres q[ua]bus partus ad uer inest, ex quacunque occasione abortiunt: quæ uero parient, imbecilles, & morbos infantes parunt, quare uel statim intereunt, uel tenues, & ualetudinarij uiuent. Cæteris uero difficultates intestinorum, lippitudines siccæ fiunt. Senioribus autem destillationes quæ cito interinient.

Si uero æstas sicca fuerit, & aquilonia, autūnus uero pluuiosus, & australis, dolores capit ad hyemem fiunt, & tusses, raucedines, atque grauedines, quibusdam autem & tabes.

*τύπη, Q.i.
tepidā, Ga.
αὐχυμέρος
i. squalidū.

τάναστον.* **Siuero aquilonius sit, & *siccius: his qui naturam habent humidiorem, & mulieribus conferet: reliquis autem erunt lippitudines siccæ, & febres acutæ, & grauedines. non nullis uero & atræ biles.

τοι ἀλχμοι.* **Ex anni autem cōstitutionibus, quod in totū dixerim, *siccitates imbribus sunt salubriores, & minus mortiferæ.

τοι ἀλχμοι.* **MOrbi in pluuiarum multitudine, magna ex parte fiunt febres longæ, alui profusa, putredines, morbi comitiales, & attoniti, quos apoplexias Græci uocat, & anginæ. In *siccitatibus autē, tabitudines, lipitudines, articulorum dolores, fistillicidia urinæ, & difficultates intestinorum.

QUotidianæ autem constitutiones, aquiloniæ quidem corpora densant, conten-

dunt, & bene mobilia, coloratiora, & melius audiētia faciūt, & aluos exiccant, oculos mordent, & si pectus dolor aliquis obfederit, dolorem augent. Aures strinæ dissoluunt corpora, & humectant, auditum obtundunt, capita aggrauant, & uertigines faciunt, oculis atq; corporibus difficilem motū præstant, & aluos humectant.

PEr tempora anni, uere quidem, & prima æstate pueri, & qui* hos sequuntur ætate, optime degunt, & sani sunt maxime. Aestate uero & autumno, usque ad aliquid senes.* Reliqui, & hyeme, qui medium ætatem habent.

MOrbi, omnes quidem in omnibus temporibus sint, quidam uero magis in quibusdam ipsorum & fiunt & *excitantur.

*οι τοτε
τόλμοι
qui his pxi-
mi sunt.

*Reliquo
autuni tem-
pore, Gaza

*ταρπέω-
νται. i. itri-
tantur.

VEre etenim furores, & atræ biles & morbi comitiales, & profluvia sanguinis, & anginæ, & grauedines, & raucedines, & lepræ, & tuffes, & *impeditigines, & uitiligines, & pustulæ ulcerosæ plurimæ, & tuberculæ, & articulorum dolores.

Aestate autem, nonnulli horum, & febres continuæ, & ardentes, & tertianæ * febres, & quartanæ, & uomitus, & alui profluvia, & lippitudines oculorū, & aurium dolores, & oris ulcerationes, genitaliū putredines, & sudamina.

Avtū nouero, & plurimi uel æstiuī morbi fiunt, & febres quartanæ, & erraticæ, & lienes, aquæ inter cutem, & tabes, & stillicidia urinæ, & difficultates intestinorum, & leuitates intestinorum, & coxendicum dolores, & anginæ, & anhelationes,

quas

*λεπχητισο.
*άλφοι.

i. plurimæ.
Leonic. uidet legisse
παντετοι.
* idem.

quas Græci asthmata uocant,
 * ilei, morbi comitiales, furores,
 atræ biles.

* ιλει. i.

Voluuli,
 Gaza.

* ωλουρη

τιθης.

* οφριω

νυμνιας. i.

pulmoniæ.

* λιθαργος.

i. ueterni.

H Yeme uero, morbi laterales & * pulmonis inflammatiōnes, grauedines, atq; raucedines tuſſes, dolores pectoris & laterū, atq; lumborū, capitis dolores, uertigines, & apoplexiæ.

IN ætatibus autem talia cōtin-
 gunt, paruis & nup natis puerulis, oris ulcera, que aphthæ uocantur, uomitus, tuſſes, * uigiliae, pauores, umbilici inflammatio-
 nes, aurium humiditates.

* Insom-

nia, Gaza.

IN progressu uero cum iā densitate incipiunt gingiuarū prurientes, febres, cōuulsiones, alii profluvia & maxime cum canis nos ædunt dentes, & his præser-
 tim pueris, qui crassissimi sunt, & aluos * duras habent.

* Astrictas,

Gaza.

CUm uero iam magis adoles-
 Cuerint, tonsillæ & uertebræ

* παρισ-

μια.

c



quæ in occipitio ad interiora lu
xationes, crebri anhelitus, quos
Græci asthmata uocant, calculi,
lumbrici rotundi, ascarides, uer
rucæ, quas Græci acrochordos
nas uocant, satyriæ, strumæ, &
alia tubercula, sed præcipue ante
dicta.

Grandioribus autem, & iam
G accedentibus ad pubertatē
pluriima ex his, & febres diutur
næ magis, & ex naribus proflus
uia sanguinis.

* 229*n. 1.* **P**lurimæ autē^{*} passiones pu
erulis iudicantur. nonnullæ
quidem in quadraginta diebus,
nonnullæ in septem mensibus,
nonnullæ uero in annis septem,
quædam uero iam ad pubem ac
cedentibus. que uero permanes
rint, nec in pubertate finierint,
puerulis, aut fœminis cum mens
strua erumpunt, consenescere cō
sueuerunt.

ADolescentibus autē sanguis
nis spuitiones, tabes, febres
acutæ, morbus comitialis, & as-
lij, sed præcipue antedicti.

V Ultra hanc ætatem asthma,
id est creber anhelitus, mor-
bilaterales, pulmonis inflamma-
tiones, lethargi, * phrenetides, * Deliria.
ardores, diurna pfluvia, ^ cho-
leræ, difficultates intestinorum,
leuitates intestinorū, " hæmor. " Mariscæ.
rhoides.

SEnibus spirandi difficulta-
tes, distillationes cum tusse,
urinæ stillicidia, urinæ difficul-
tates, articulorum dolores, re-
num passiones, uertigines, apo-
plexiæ, mali habitus, * pruritus * Eupholi.
totius corporis, uigiliæ, alui, ocu-
lorum & narium humiditates,
uisus obtusus, glaucedines, audiz-
tus graues.

A P H O R I S.
M O R V M H I P P O=
cratis Sectio quarta.

* ἐν δημ.



Tero gerentes sunt
medicandæ: si ma-
teria turget quarto
mense, & usq; ad se-
ptimum, sed has mi-
nus. Iuniora autē & seniora ue-
reri oportet.

In medicationibus talia edis-
cere è corpore, qualia & spō-
te prodeuntia utilia, quæ uero cō-
trario modo prodeunt, cohibere
oportet.

Si qualia oportet purgari, pur-
gentur, confert, & leuiter fe-
runt. Contraria uero * grauiter.
Medicari æstate superiores
magis, hyeme uero infes-
tiores.

* δυοχε-
ρᾶς.

SVb cane, & ante canē * dif-
ficiles sunt medicationes.

Raciles & facile uomētes
Gpurgare superius, cauentes
hyemem.

Vomentes uero difficulter,
& mediocriter bene carnos-
fos, per inferiora cauentes æstas-
tem.

TAbidos uero, cauetes ad sus-
periores purgationes.

MElancholicos plenius infe-
riorum, eadem ratione con-
traria apponentes.

MEdicari in ualde acutis: * si
materia turget, eadē die.
Tardare enim in talibus ma-
lum est.

QUibus tormina, & circa
umbilicū * labores, & lum-
borum dolor, qui neq; à medi-
camento, neque aliter soluitur,
in aquam intercutem siccām fir-
matur.

* *πρώτοι. i.*
dolores.

*
αλφοντεριά
αισ.

QVORŪ alui* intestinorū leuis u-
tate laborāt, hyberno tem-
pore supra purgari, malum.

AD Eleboros qui non facile i-
supra purgantur, eorū cor-
pora ante potionem pluri cibo,
atq; quiete humectanda sunt.

* Veratru.

CVM biberit quis *Eleborū, u-
ad motiones quidem corpo-
rū ducere magis, ad somnos ue-
ro, atq; quietem minus. Indicat
autē nauigatio turbari motione
corpus.

CVM uolueris magis ducere u-
Eleborum, moue corpus:
cum uero sistere, somnum faci-
to, & non moueto.

* ~~αποστιν.~~
i.cibum nō
apparet.

^{αποστιν.}
* Q.i.tene-
bricosam
vertiginē.

CARNES sanas habētibus Ele-
borus piculosus. Facit enim
conuulsionem.

SI q̄s febrē nō habēs, *abstine:
Sat à cibo, & cordis morsum,
seu ^αuertiginē patit, & oris amar-
itudinē sentit, purgatione indis-

gere per superiora significat.

S* Vpra præcordia dolores, υπερτηρία
φριγών.
Purgatione indigere per sus-
periora significant. Quicunque
uero inferiora molestant, per in-
feriora.

Q Vi in* medicamentis pur-
gati, non sitiunt, non qui-
escunt priusquam sitiant. * Medica
mentorum
potione.

N On febricitantibus si tors-
mina acciderint, & genuū
grauitas, & lumborum dolor,
purgari inferius oportere signi-
ficatur.

I Ejectiones nigræ, qualis est
sanguis niger, spōte uenien-
tes, siue cum febre, siue sine fe-
bre, pessimæ: & quanto colores
magis prauí fuerint plures, pe-
ius: cum medicamēto uero me-
lius, & quāto colores plures * nō
prauí. * διαθημένη
i. nō prauū,

M Orbis qbuslibet incipiēti
bus si atrabilis, uel supra,

uel infra exierit, letale.

Q Vibuscunq; ex morbis a-
cutis, aut diuturnis, uel ex
uulneribus, siue quovis alio mo-
do extenuatis, nigra bilis, siue
uti sanguis niger de subter exie-
rit, postridie moriuntur.

D ifficultas intestinorum, si
ab atra bile incooperit. leta-
lis est.

S Anguis quidē supra, qualis
cunque fuerit malus: infra au-
tem, bonus est.

A Difficultate intestinorū ha-
bito, si ueluti carunculæ ex-
eant, letale est.

Q Vibus in febribus sanguis
nis fluxerit multitudo,
quacunq; ex parte cum reficiun-
tur, alui his humectantur.

Q Vibus biliosæ deiectiones,
superueniente surditate ces-
sant: & quibus surditas, superue-
nientibus biliosis deiectionibus

cessat.

Vibis in febris sexto die rigores fiunt, difficile iudicium sequitur.

Vibusunque accessiones fiunt quacunque hora febris dimiserit, si eadem cras occupauerit, iudicium habent difficile.

Assitudinē habentibus in febris, in articulos & circa maxillas potissimum abscessus fiunt.

Vibusunque resurgentibus ex morbis, si quid laboras uerit, hic fiunt abscessus.

Sed & si ante morbum aliqua parte doluerit, hic morbus firmatur.

Si à febre habitō tumore non existēte in faucibus, strāgulatio repente supuenerit, letale.

Si à febre habitō collū peruertitur, & uix potest deuorare,

*in tempore
etiam. i. in
collo.*

C 5

καί φύεται. i. sine ullo tumore^x letale est.^y

de repente. **S**Vdores febricitati si incœpe

Int, boni, & tertio die, & quinto, & septimo, & nono, & undescimo, & quartodecimo, & septimodecimo, & uigesimo, & uigesimoseptimo, & trigesimo quarto. hi enim sudores iudicat morbos. Qui uero nō ita fiunt, laborem significant, & morbi longitudinem, & reciduam.

ERigidi sudores, cū acuta quidem febre mortem: cum misteriori autem, longitudinem morbi significant.

QVa parte corporis sudor est, ibi significat morbus.

ET qua parte corporis calor, aut frigus, ibi morbus.

ET ubi in toto corpore mutantiones, & si corpus refrigeratur, uel rursus calefiat, uel cor alter ex altero fiat, longitudinem morbi significat.

SVdor multus ex somno fas-
ctus absque causa manifesta,
corpus uti pluri cibo significat.
Si uero cibum nō accipienti hoc
accidat, scire oportet quod euas-
cuatione indiget.

SVdor multus calidus, uel fri-
gidus * superfluens, frigidus
magis, calidus minus, significat
morbum.

Febres quæcūq; nō intermit-
tent, tertia die fortiores fi-
unt, magis periculosæ. Quocūq;
autem modo intermisserint, peri-
culum abesse significatur.

Quibus febres lōgæ, his tu-
bercula, uel labores in ar-
ticulis fiunt.

Quibus tubercula, uel in ar-
ticulis labores * fiunt: hi
pluribus utuntur cibis.

Irigor incidat febre non defi-
ciente, ægro iam debili; letas gis-
te est.

* ad. i. affi-
due.

* in τηρίο
τῶν μα-

χρῶν, i. ex

EXcreationes in febribus nō 47
 intermittētibus, liuidæ, crux
 entæ, foetidæ, & biliosæ, omnes
 malæ. & si bene exeunt, siue per
 alui excreationē, siue per urinas:
 *At si nī- bonæ. *si uero non aliquid eorū
 hil cōmo- quæ iuuant, per hæc loca excer-
 de, Gaza. nitur : malum.

IN febribus non intermittens 48
 tibus, si partes exteriores frig-
 idæ, interiores urūtut, & sitim
 habeat, letale est.

IN febre nō intermittente, si la- 49
 brū, uel oculus, uel nasus, uel
 supercilium peruertatur, uel nō
 uideat, uel nō audiat, iam debili
 existente corpore, quicquid hos-
 rū euenerit, mors proxima est.

VBi in febre nō intermittens 50
 te difficultas spirādi, & des-
 lirium acciderit, letale.

IN febribus, abscessus q ad pri- 51
 mas iudicationes nō soluunt,
 longitudinē morbi significant.

Q Vicunq; in febribus, uel in alijs morbis * sponte illa chry inant, nihil absurdū. qui ue ro non sponte, absurdius.

* *xanthopis*

αίρεσιν.

Sine uo

luntate dt-

cit Cellus.

* *τηρηλο*

τηρηλο. Hu

mores glu-

tinosi den-

tibus inhæ-

tent , dicit

Cellus.

Q Vibus circa dētes in febri- bus quidam lentores na- scuntur, his fortes fiunt febres.

Q Vibus plurimū siccæ rus- ses leuiter irritantes in fe- bribus ardentibus fiunt, nō mul- tum siti infestantur.

EX inguinum tumoribus fe- bres omnes malæ, preter di- arias.

F Ebricitanti sudor superueniens febre non deficiente, malum. Prorogatur enim mors bus, & multam significat humi- ditatem.

Q Vi à cōuulsione, aut * disten- tione neruorū tenetur, fe- bre superueniente liberatur.

* *retractio*

A Febre ardente habitu, rigos- Are superueniente, solutio.

** Maxpias.* **T**ertiana^{*} exquisita septenis⁵⁹ circuitibus, quod longissimum est, iudicatur.

QVibus in febribus aures⁶⁰ obsurduerunt, sanguis ex naribus fluens, aut aluus turbata, soluit morbum.

FEBRICITANTEM nisi diebus imparibus febris reliquerit, solet recidiuare.⁶¹

QVibus in febribus morbus⁶² regius antediem septimū accidit, malum^{*}.

QVibus in febribus quoties⁶³ die rigores fiunt, quotidie febre soluuntur.

QVibus in febribus morbus⁶⁴ regius, septimo, uel nono, uel undecimo, uel quartodecimo superuenerit, bonū: nisi dextrum ilium obduruerit, si uero non non, non bonum.

** Maxpias.* **I**N febribus circa uetriculum⁶⁵ & fortis estus, & cordis mor

fus, uel dolor, malum.

IN acutis febribus conuulsiones, & circa viscera dolores fortes, malum.

IN febribus ex somnis timores, uel conuulsiones, malum.

IN febribus spiritus offendēs, * πνεύματα.
im alium, cōuulsionem enim significat.
πν. i. sub
lītēs, Ga.
Quorū fau
cibus in fe
bre elicitur
spiritus, di
cit Celsus.

Quibus urinæ crassæ, grossæ, paucæ, non sine febre, multitudo uenies ex his tenuis iuuat. præcipue uero tales ueniunt quibus ab initio, uel breui sedimen inest.

Quibus urinæ perturbatae quales sunt iumentorum, his dolor capitis uel adest, uel aderit.

Quibus septima iudicatur, his nubeculā habet quartadie urinarubeam, * & alia ex ratione.

* κοιτάλλα
κατάλόγονο

QVibus urinæ albæ, & per spicuæ, malæ: præsertim si in delirantibus appareant.

* ματίωρα.

QVibus ilia susvensa murant, lumenborum dolores superueniente, his alui humectantur, nisi flatus erumpat, aut urinæ multitudo proueniat. hæc uero in febribus.

QVibus speratur abscessum futurum ad articulos, liberat ab abscessu urina multa, crassa & alba facta, qualis in labore riosis febribus quarto die quibusdam incipit fieri. Si uero etiam ex naribus fluxerit sanguis, breui admodum solutio fit.

SI sanguinē, aut pus mingat: aut renum, aut uesicæ exuscerationem significat.

QVibus in urina crassa existente, carunculæ paruæ, aut ueluti capilli unaexeunt, his arenibus excernitur.

Quibus

Q Vibus in urina crassa, furfu
rea quedam simul exeunt,
his uesica scabie laborat.

Q Vicunq; spōte sanguinem
mingunt, his à renibus ue-
nulam ruptam significatur.

Q Vibus in urinis arenosa
subsistunt, his uesicalabo-
rat calculo.

Si sanguinē mingant, aut gru-
mos, uel stillicidiū urinæ ha-
beant, & dolor * in imū incidat
uentrem, & pectinem, & femen:
circa uesicam labor est.

Si sanguinem aut pus minxe-
rit, aut squammulas, & gra-
uis odor adsit, uesicæ exulceras-
tionem significat.

Q Vibus iurinaria fistula* tu-
bercula nascūt: his suppu-
ratiōe facta, & eruptiōe, solutio. * cūmacta.
i. Minuti
abcessus,

Mictio noctu plurima fa-
cta, paruā significat deie-
ctionem.

d

A P H O R I S,
M O R V M H I P P O-
cratis Sectio quinta.



Onuulsio ex Elebo
ro, letalis est.

C Onuulsio ex
Cuulnere, letalis
est.

V Bi sanguis plurimus fluxe-
rit, singultus, aut conuulsio
superueniens, malum.

EX superflua purgatione, cō-
Euulsio, aut singultus superue-
niens, malum.

S Iebrius quispiam repēte ob-
mutuerit, cōuulsus moritur,
nisi febre corripiatut, aut ubi ad
horam peruererit qua soluūtūr
crapulæ, uocem recuperet.

Q Vīcunq; à *distentione cor-
ripiuntur, in quatuor die-
bus pereunt; si uero has effuge-

* TITAN.

rint, sanificiunt.

7 **Q** Vibuscung̃ morbi comitiales fiunt, ante pubertatem mutationē accipiunt. qui buscung̃ autem uigilimoquinsto, commoriuntur.

8 **Q** Vicung̃ morbo lateralib⁹ laborates in quatuordecim diebus non repugnantur, hi ad suppurationem uertuntur.

9 **T** Abes fiunt maxime ætatis, ^{æphelias p.}
bus, à decimo octauo usque ^{v. t. a. -} ad trigesimum quintum.

0 **Q** Vicūq̃ ab angina liberāt, his ad pulmonē uertit, & in septem diebus pereunt: si ueras effugerint, suppurantur.

1 **Q** Vi tabe molestant, si sputū quod extussiunt graue oslet, injectum carbonibus, & capilli in capite defluunt, letale.

2 **Q** Vibuscung̃ tabe laborans tibus capilli à capite deflunt, his alii profluuo superues

niente moriuntur.

* Spuman. **Q** Vicunque * spumosum san-¹³
tem sanguinem expuunt, his è pul-
nè excreat, mone eductio fit.

Celsus.

A Tabē habitō pfluuiū alii ¹⁴
superueniens, letale.

* ἐν ἀνακα- **Q** Vicunque ex morbo late-¹⁵
* ορθωτιν. rali suppurantur, si in qua-
draginta diebus * purgantur, à
die à qua fit ruptio, liberantur. Si
repurgentur, uero non, ad tabem transeunt.

* γυάλη. **C** Alidum ubi quis sæpius eo ¹⁶
utatur, hæc mala affert,
carnium effœminationem, ner-
uorum incontinentiam, * mens-
tis torporem, profluvia sanguis-
nis, animi defectionem, hæc ad
quæ mors.

* μλασμος. **F** Rigidum autē, conuulsiones ¹⁷
distensiones, liuores, rigo-
res febries.

* φλαιην. **F** Rigidum inimicum ossibus, ¹⁸
dentibus, nervis, cerebro, spi-
nali medullę, calidū uero, * utile.

¹⁹ **Q**uæcunq� refrigerata sunt
excalefacere oportet, excep-
tis his quibus sanguis fluit, aut
fluxurus est.

²⁰ **V**ulceribus, frigidum quidē
mordax, cutē obdurat, do-
lorem insuppurabilem facit,^{* μυλαῖον.} li-
uorem obducit, rigores febriles,^{“ πυετικόν.}
conuulsiones, distentiones.^{inuehit.}

Est autem ubi in distentione
sine ulceratione, iuuene be-
ne carnosum, æstate media, frigidę
aquæ multa perfusio calorē reuo-
cat. Calor autem, hæc soluit.

Calidum suppuratorium nō
in omni ulcere, magnum ad
securitatē indicium, cutem mol-
lit, extenuat, ^{* ἀνάβασιμον.} dolorem sedat, ri-
gores, conuulsiones, & disten-
tiones mitigat: [“] & ex his quæ ad
caput attinent, eius soluit graui-
tatem, plurimum autem confert
osculū fracturis, sed [“] nudis præci-
pue, eorumq� maxime qui in cas-^{“ ιτιλαμπ-}
^{“ νοισι.}

d 3

pite ulcera habent, & quæcunq;
 à frigore moriuntur, uel ulceran-
 tur, & *repentibus comesis, sedi,
 pudendis, utero, uesicæ: his cali-
 dum amicum, & iudicans: frigi-
 dum inimicum, & perimens.

Nhis frigido utendum unde 23
 fluit sanguis, aut fluxurus est,
 nō ad ipsa, sed circa ipsa unde inz-
 fluit: & quæcunq; inflammatio-
 nes, uel *inflammata ad rubrū,
 & subcruentum sanguine recen-
 ti tendunt, nam ueteribus nigre-
 dinē affert. Erysipelas etiam nō
 ulceratum iuuat: nam exulceras-
 tum lædit.

Frigida qualis nix, & glacies 24
 pectori inimica, tusses mo-
 uet, & sanguinē, & destillatiōes,
TVMores articulorum, atq; 25
 dolores absq; ulcere, & po-
 dagricos quoq; , atq; conuulsa,
 horum plurima frigida aqua lar-
 ge effusa leuat, & extenuat, sol-

* Ερωκοιν
 ισθιαμένοι -
 ειν.

* Ιωνιφλε-
 γοματα.

Vitibꝫ dolorem, nā modicus^{*} tor-
por dolorem soluit. *v&px.

A Qua quæ cito calet, & cito
refrigeratur, leuissima est.

Q Vi noctu bibere appetunt,
his admodum sitiētibus si
superdormierint, bonum.

SVffitus aromatū^{*} muliebria
ducit. s̄p̄ius uero ad alia uti-
lis effet, nisi capitis faceret gra-
uitatem.

GRauidas purgare^{*} turgente
Gimateria à quarto mēse usq;
ad septimum, minus uero has.
Recentiores autē, & seniores ue-
reri oportet.

MVlierem utero gerentem
capi ab aliquo morbo as-
cuto, letale est.

MVlier utero gerens sanguine
ne misso ex uena, abortit:
& magis si fœtus sit maior..

MVlieri sanguinem euomēs
ti, menstruis erumpenti:

bus, solutio.

*Mulieti.

MEnstruis deficiētibus san-
guis ex naribus fluēs, bo-
num.

MVlieri in utero gerenti si
aluus plurimū profluat,
periculum est ne abortiat.

*Exst. us-
penso.

MVlieri quæ*uterinis mole-
statur, aut difficulter pa-
rit, superueniens sternutatio, bo-
num.

MVlieri menses decolores,
nec per idem semper tem-
pus uenientes, purgationē indi-
cant esse necessariam.

*Emacru-
erunt.

MVlieri utero gerenti si mā-
me*graciles repēte fiant,
abortit.

MVlieri utero gerenti, si al-
tera mamma gracilis fiat
geminos habenti, alterum abor-
tit, & si quidem māma dextera
gracilis fiat, marem: si uero sin-
istra, fœminam.

Si mulier quæ neque grauida
est, neque peperit, lac habet:
huic menstrua defecerunt.

Quibuscum mulieribus ad
mammas sanguis colligi-
tur, *furorem significat.

Si uelis noscere an conceperit
mulier, cum dormitura est ei
*aquam mulsam potandā da: &
si alui tormina patietur, conce-
pit: si minus, non concepit.

Mulier *si marē concepit,
bene colorata est: si uero grauida.
fœminam, male colorata.

Si mulieris grauidæ, in utero
sit *erysipelas, letale.

Quæcunq; preter naturam
tenues existentes utero ge-
runt, abortiunt priusquā cras-
fescant.

Quæcunq; mediocriter cor-
pora habentes, abortiūt,
secundo aut tertio mense sine oc-
casione manifesta: his *acetabuz.

*μανιη.

*ἀσέρων
τος. i. inco-
natae existē-
ti.

*ἔχει Q.i.

*Ignis sa-
cer. Gaza.

*κοτυληδόνες.

d s

Ia uteri plena mucoris sunt, & non possunt ex pondere foetum continere, sed disrumpuntur.

Q Væcūq; præter naturā cras
ſæ, nō cōcipiūt utero, his

*ιππιαλο. * Omētū os uteri cōprimit: & pri
us q; extenuētur, nō cōcipiunt.

S I uterus in coxam uergēs sup
puratur, necesse est * linamen
tum fieri.

F Oetus, mares quidē in dex-
tris: fœminę uero in sinistris
magis.

VT secūda procidat, sternu-
tatorio apposito, & nares
apprehendito, & os.

MVlieri si uelis mestrua co-
hibere, cucurbitulā quām
maximā ad mammae appone.

MVlieri utero gerēti tenas-
mus superueniēs, abortū
facit.

QVæ utero gerunt, his uteri
os comprimitur.

* Εμμων.
i. medica-
mentum li-
quidū, qd'
linoleolis cō
cerptis exci-
pitur, atq;
intra ulce-
ra cōditur.

Hic adie-
ctus est ex
Græco co-
dice uetu-
mino.

MVlieri utero gerenti, si lac multum è mammis effluat, fœtum imbecillem significat, si uero mammæ^{*} solidæ fuerint, fœtum significant saniorum.

* Duræ
Celsus.

QVæ corrupturæ sunt fœtus, his mammæ extenuātur. Si uero rursus duræ fiant, dolor aut māmas, aut coxas, aut oculos, aut genua infestabit, & non corruptent.

QUibus os uteri durum est, his uteri os comprimi est necessarium.

QUæcunque utero gerentes a febribus corripiuntur, & fortiter calefiunt sine occasione manifesta, difficulter pariunt, & cum periculo, aut abortū facientes periclitantur.

IN fluxu muliebri si conuulsio, & animi defectus aduenerit, malum.

* Matrica-
trij morbi,
Gaza.
• τω ἀρχω.
i. podice.

“ Iecinore
Inflammatio
nē patiēte,
singultus
accidit.

* φρήκης. i.
Horror.
• θεατ.

SI menstrua plura fiant, acci-
dunt morbi: & si non fiant,
* ex utero morbi contingunt.

R“ Ecto intestino, aut utero
inflammationem paciente,
urinæ stillicidium accidit, & re-
nibus purulentis urinæ aduenit
stillicidium.”

SI mulier non concipit, sci-
re autem uelis si conceptu-
ra sit, pannis circunectam de-
subter suffias, & si odor uideas-
tur per corpus ire ad nares, &
os, scito quod ipsa non ex seipsa
sterilis est.

SI mulieri utero gerenti purga-
tiones eant, impossibile est
fœtum esse sanum.

SI mulieri cessent purgatio-
nes, neq; febris, neq; * rigor
superueniat, & “ fastidia incidat,
iudica ipsam in utero habere.”

QVæcunque frigidos, & spis-
tos uteros habent, nō con-

cipiunt. Et quæcunque præhus
midos uteros habent non conci
piunt. extinguitur enim in eis ge
nitura. Et quæcunque siccōs, mas
gis & * adurentes. nam ex defe
ctu alimēti corrumpitur semen.
* περιστατικά
Eis. i. cali-
dos.

Quæcunque uero ex utrisque me
diocrem habēt temperaturā,
hæ fœcundæ sunt.

Similiter autē & in marībus,
aut enim propter corporis
raritatem spiritus extra fertur,
ut semen nō transmittat* ad os:
* Ad os, nō
uel propter spissitudinē humor legit in exē
non exit foras: uel propter fr̄ plari Græ
giditatem non concalescit, ita ut canico.

ad hunc colligatur locum: uel
propter caliditatem hoc idē ac
cidit.

LAc dare caput dolentibus,
malum: malum uero & fe
bricitantibus, & quibus ilia * sus
spensa murmurant, & siticulos
sis: malum autem & quibus in
* μητέωρα.

febribus acutis biliosæ sunt de-
iectiones, & quibus sanguinis
multi deiectio facta est. Conve-
nit autem, & tabidis dare qui
non ualde multum febricitant,
*Bryxos.
et. i. tussi-
bundis.
& in febribus longis, * & par-
uis, si nullum ex supradictis si-
gnis affuerit, & præter rationē
consumptis.

Quibus tumores in ulceri-
bus apparent non conuel-
luntur maxime, neque insaniūt.
Verum his euaneſcētibus dere-
pente, quibusdam à tergo com-
uulsiones & distentiones fiunt:
quibusdam ante insania, uel dos-
lor lateris acutus, uel suppura-
tio, uel difficultas intestinorū, si
tumores sunt rubicundi.

Si in uulneribus fortibus, &
Sprauis tumor non appareat,
ingens malum.

Molles, boni; crudi uero,
mali.

Dolenti partem capit̄is posteriorē, in fronte recta uena incisa prodest.

Rigores incipiunt mulieribus quidē ex lumbis magis, & per dorsum ad caput: sed & uiris parte corporis posteriore magis, quam anteriore, ueluti femorū, cubiti. Sed & cutis rara, indicio autem est pilus.

AQuartanis capti non admundum conuulsionibus capiuntur. Si uero prius capiantur, & quartana superuenerit, liberantur.

QVibus cutes circuntenduntur^{*xerophylia.} aride & siccæ, sine sudore moriuntur, quibus uero laxæ & raræ, cum sudore moriuntur.^{i. squalidæ.}
Gaza.

QVi regio morbo laborant, non multum uentosi sunt.

A P H O R I S,
M O R V M H I P P O-
cratis Sectio sexta.



N longis leuitatibus
intestinorū si ructus
acidus fiat qui prius
non erat, signum bo-
num.

QVibus nares natura humi-
diores, & genitura humili-
dior, minus integra sanitate fru-
untur. Quibus uero contraria,
salubrius degunt.

IN longis difficultatibus inte-
stinorū, inediæ ex fastidio ma-
lum, & cum febre peius.

* **V**lnera circumglabra, pra-
Vlcera, ua sunt.

DOlores qui sunt in lateri-
bus & pectoribus, atque as-
tro infestent. Ihs partibus, si multum * differat
perdiscendum,

Renum,

Renum, & uesicæ uitia in se-
nioribus difficulter sanan-
tur.

Dolores *uentris ^ sublimes *Et tumo-
leuiores. Qui uero non sub-
limes, fortiores. res.
μετίωρα.

AQua inter cutem laborantि-
bus, ulcera in corpore facta
difficulter sanantur.

LAtæ * pustulæ non admodū * ξενθίμα-
pruriunt. τα.

CApud dolenti, & circundo-
lenti, pus, uel aqua, uel san-
guis effluēs per nares, aut os, aut
aures, morbum soluit.

ATra bile uexatis, & renum
Apassionibus, * hæmorrhoi-
des superuenientes, bonum. * Mariscæ.

ADiuturnis sanato hæmor-
rhoidibus, si una non serua-
tur, periculum est aquam inter
cutem, uel tabem aduenire.

ASingulu habitum sternuta, * Tollit si-
ntio superueniens * liberat. gultum.

— — — e —

AB aqua inter cutem habito,
Si aqua ē uenis in uentrem
defluxerit, soluitur morbus.

ALongo alui profluuo habi-
to, spontaneus uomitus su-
* Proflu- perueniens * morbum soluit.
* dium.

AMorbo laterali, uel pulmo-
nia habitu, alui profluuum
adueniens, malum.

Ippientē alui profluuo cor-
ripi, bonum.

Vésica discissa, aut cerebro,
aut corde, aut septo, aliquo
ex tenuioribus intestinis, aut u-
triculo, aut iecore, letale est.

CVm discissum fuerit os, aut
cartilago, uel neruus, aut ge-
næ particula tenuis, uel præpu-
tium, neque augetur, neque coa-
lescit.

SI in uentrem sanguis præter
naturam effunditur, necesse
est suppurari.

- 21 **I**n insaniis si uarices, uel
hæmorrhoides supuenerint,
insaniae solutio.
- 22 **Q**uæcunq* rupta ex dorso ^{* al's, ἀλγή-}
ad cubitum descendunt, ues ^{ματτα. i. do-}
næ sectio soluit. ^{lores.}
- 23 **S**i timor, atque mœstitia longo
tempore habentes perseuerent, ex eo atra bilis significatur.
- 24 **S**i quod intestinorum graciliū
discindatur, non coalescit.
- 25 **E**rysipelas ab exterioribus
euerti ad interiora, non est bonum: ab interioribus autem ad exteriora, bonum.
- 26 **Q**uæcunq* tremores fiunt, ^{* θραυστι-}
delirio soluntur.
- 27 **Q**uæcunq* suppurati, aut ^{* θραυστι,}
aquam inter cutem patientes uruntur, aut secantur, si pus, ^{purulenti,}
aut aqua uniuersim effluxerit, ^{omnes moriuntur.}

*Spado-
nes.

E*Vnuchi, neç podagra la-
borant, neç calui fiunt.

MVlier podagra non labo-
rat, nisi menstrua defece-
rint.

PVer podagra non laborat,
ante usum uenereorum.

DOlores oculorum meri po-
tio, aut balneum, *aut uenæ
sectio, aut medicamentum epos-
tum soluit.

BAlbi ab aliis profluuo ma-
xime capiuntur.

QVi acidum eructant: non
qualde morbo laterali corri-
piuntur.

QVicunç calui sunt, his ma-
gnæ uarices nō fiunt. Quis
bus uero caluis uarices magnæ
superueniunt, hi rursus capilla-
ti fiunt.

AQua inter cutem laboran-
tibus tussis superueniens,
malum.

*ⁱⁱ ουρηι. i.
aut fomcn-
tum.

*Longo.

- 36 **D**ifficultatem urinæ uena fes-
cta iuuat: secare uero inten-
siores.
- 37 **A**B angina habito, si tumor
afiat in collo, bonum foras
enim morbus deducitur.
- 38 **C**ancros occultos omnes me-
lius est non curare. Curati
enim cito pereunt: nō curati ue-
ro, longius tempus perdurant.
- 39 **C**onuulsio fit, uel ex repletio-
ne, uel inanitione: ita uero
& singultus.
- 40 **Q**Uibus dolor circa ilium fit
absq; inflammatione, his
febris superueniens, morbum
soluit.
- 41 **Q**Uibuscunq; suppuratio in
corpore existens nō inno-
tescit, his ob crassitudinē puris,
aut loci, non innotescit.
- 42 **M**Orbo regio laborātibus,
si fiat hepar durum, ma-
lum.

Q Vicunq; lienosī à difficultate intestinorum capiuntur, his superueniente longa difficultate intestinorū, aqua intercutem, aut lēuitas intestinorum aduenit, & moriuntur.

*Volu-
lus, Gaza.
morbus in-
testini tenu-
oris. Cel-
sus.
^a agis a deus

Q Vibus ex stillicidio urinæ ileos supuenerit, in septē diebus pereunt, nisi febre supuentiente, satis urina fluxerit.

V Lcera quæcunque annua sunt, aut etiam diuturniora, os abscedere est necessariū, & cicatrices cauas fieri.

Q Vigibbi ex asthmate, aut tuſli fiunt ante pubertatē, moriuntur.

Q Vibuscunque uenæ ſectio, uel purgatio cum medicamento conuenit, hos uerè purgare, uel uenam incidere oportet.

I Lenosis difficultas intestino-
rum superueniens, bonum.

Q Vicunque morbi podagrī
ci fiunt, hi sedata in qua
draginta diebus inflammatio
ne, finiunt.

Q Vibuscunque præciditur
cerebrum, his necesse es
brem, & bilis uomitum super
uenire.

Q Vicunque sani dolore capi
tis repete capiuntur, & sta
tim muti fiunt, & stertunt, in se
ptem diebus pereunt, nisi febris
apprehenderit.

Q Portet uero & considerare
oculorum^{*} in dormientibus ^{*In somniis}
suspectiones. Nam si quid al
bum commissis palpebris subin
spicitur, neq; ex alui profluo,
aut medicamenti potionē istud
contingat, malum est signum, &
letale ualde.

DE siuentiæ quæ cum risu fi
unt, securiores: quæ uero ^{*Serio,}
^{*cum studio, periculosiores.} Gaza.

*Affec*ti*-
bus.
*dolorosa*ri*-
bus.

Nacutis ^{*}passionibus quæ cū febre sunt, luctuosa ^{*}suspitia, malum.

Dolores podagrī, uere, & autumno magna ex parte mouentur.

Nmorbis melancholicis ad hæc periculosi ^{*}decubitus, stuporem corporis, uel conuulsio- nem, uel furorem, uel cæcitatem significant.

Apoplexiæ autem fiunt, maxime à quadragesimo anno usq; ad sexagesimum.

Si omentum excidat, necessaria srio putreficit.

Quibuscunque à coxendicū dolore molestatis excidit coxa, & rursus incidit, his muscores superueniunt.

Quibuscūq; à coxendicum dolore molestatis diuturno excidit coxa, his crus tabescit, & claudicant, si nō urantur,

A P H O R I S,
M. O R V M H I P P O=
cratis Sectio septima.



N morbis acutis, fri
gus partium extre
marum, malum.

IN Nosse egrotate ca
ro liuida malū ē.

AVomitū singultus, & ocul
orum rubor, malum.

ASudore horror, nō bonum.

A* Furore difficultas intesti
norū, uel aqua inter cutem,
uel * mentis alienatio, bonum.

* uavin.
Ex saois.

IN morbo diuturno fastidium
cibi & deiectiones syncere,
malum.

EX multa potatione rigor &
desipientia, malum.

A* Tuberculi intus ruptione, * Vomice,
exolutio, uomitio, aut ani, Gaza.

e 5

mi defectio fit.

A Profluuio sanguinis, desis,
Apientia, ac conuulsio, ma-
lum.

A B ileo, uomitus, singultus,
desipientia, uel conuulsio,
malum.

* Pulmo-
nia.
A Morbo laterali *inflammatione
atia pulmonis, malum.

A Pulmonis inflammatione
aphrenitis, malum.

A B æstibus fortibus conuul-
sio, aut distentio, malum.

I N capitis ictu obstupescētia,
& desipientia, malum.

A Sanguinis sputo, puris spu-
tum, malum.

* Tabes.
A Puris sputo *phtisis, & flu-
xus: cum uero sputum reti-
netur, moriuntur.

I N hepatis inflammatione sin-
gultus, malum.

I Nuigilia, conuulsio, uel desipi-
entia, malum.

IN ossis exutione erysipelas.

AB erysipelate, putredo, aut
suppuratio, malum.

IN ueterno tremor, malum.

AForti in ulceribus pulsu, p-
fluuiū sanguinis, malum.

AVentris dolore diuturno,
suppuratio.

ADiectione syncera difficul-
tas intestinorum.

IN ossis præcisione* desipiētia, *Stupore
si in uacuum apprehenderit.

EX medicamenti potionē cō-
uulsio letalis est.

INforti dolore uentris, partiū
extremarū frigiditas, malū.

MUltieri utero gerenti, si ten-
sio superuenerit, facit ab-
orsum.

Quando os, aut cartilago,
aut neruus absconditur in *Neq; co-
corpore, non augetur.* aleſcit.

Hic adie-
ctus est ex
Græco co-
dice uetu-
stissimo.

QVi alba pituita detinet, si
fortis uentris fluxus sup-
uenerit, à morbo liberatur.

QVibus in alui profluuijs ex-
cremēta spumosa sunt, his
ex capite pituita defluit.

QVibus cūque febricitanti-
bus, in urinis fiunt sedimi-
na, ueluti farina crassior, longā
ægritudinem fore significat.

QVibus autem biliosa sedi-
mina supra tenuia, acutū
morbum significant.

QVibus cunq; urinæ distātes
sunt, his turbatio fortis in
corpore fit.

QVibus in urinis bullæ sub-
sistunt, morbum renalem,
& longum significant.

QVibus insidens pingue, ac
simul totum his, renū ui-
tium acutum significatur.

QVibus autē morbo renali
laborātibus, prædicta ac-

cidunt signa doloresq; circa spinae
næ musculos siunt, si quidem circa
caloca exteriora fiant, abscessus
quoq; exterius futuros expecta:
si uero dolores magis circa loca
interiora fiant, etiam abscessus
expecta futuros interius.

Q Vicunq; euomunt sanguinem, si sine febre quidem,
salutare: si uero cum febre, maz-
lum. Curare uero * acerbis, &
refrigerantibus.

* syphilitico-
sin. i. ad-
stringenti-
bus.

D Estillationes in uentrem su-
periorem suppurratur intra
uiginti dies.

Si quis sanguinē minxerit, &
grūmos, & stillicidio urinæ
laboret, & dolor inciderit in fe-
mur & imum uentrē, pectinēq;,
quæ circa uescicam male se haber-
re significatur.

Si lingua repente incōtinens
fiat, aut aliqua pars corpo-
ris stupore elanguit, tale est me-

Iancoholicum.

Si timor atque mœstitia longo tempore hominē habentes pseuerauerint, tale est melan-

cholicum.

Si senioribus supra modū purgatis, singultus superuenerit, non bonum.

Si febris non ex bile habeat, multa aqua calida capiti superinfusa, solutio fit febris.

Mulier ambidextera non fit.

Qvicunq; suppurati uruntur, quel secantur, si pus putum fluxerit, & album, euadunt: si uero subcruentum, & fœculentum, ac fœtidum, pereunt.

Qvorum hepar suppuratus aduritur, si pus purum fluxerit, & album, euadunt: in tunica enim his pus continetur. si uero qualis amurca fluat, percutiunt.

Dolores oculorum post meri
potionē, & aquę calidæ bal-
neum, uenæ sectione curato.

A Qua inter cutem laborans,
si à tussi habeatur, despera-
tus est.

VRinæ stillicidium, & min-
gendi difficultatē, * uini pos-
tio & uenæ sectio soluit, incidere
autem interiores.

AB angina habito, tumor, &
Arubor in pectore superue-
niens, bonum: extra enim uertis-
tur morbus.

QUibus cerebrum * sphacela
tum, id est corruptum est,
in tribus diebus pereunt, si uero
hos euaserint, sani fiunt.

STernutamentū fit ex capite,
calefacto cerebro, aut hume-
rato eo qd' in capite inani. Aér
enim intus cōtentus extra erum-
pit, sonat autē, quoniam per an-
gustum ipsi est exitus.

Q Vicunq; hepar circundo-
lent, his febris superueni-
ens soluit dolorem.

Q Vibus à uenis sanguinem
mittere cōfert, his uerè ue-
nam oportet secare.

Q Vibus inter uentriculū, &
septū pituita reposita est,
& dolorē affert non habens exi-
tum, neque ad alterum uentrem:
his per uenas ad uesicam pitui-
ta uersa soluitur morbus.

Q Vibus hepar aqua plenū
in omentum eruperit, his
uenter aqua repletur, & mo-
riuntur.

*Pandicu-
latio.

H* Alycæ. i. anxietudo, oscil-
latio, horror, uinum æqua-
le æquali potum soluit ægritu-
dinem.

Q Vibus in urinario meatus
tubercula fiunt, his suppu-
ratione facta, & eruptione, sol-
uitur dolor.

Quibus

Qibus cerebrū aliqua ex causa cōcūsum fuerit, necessitate est statim mutos fieri.

Corporibus carnes habentibus humidas, famem adhibere conuenit. fames enim corpora siccatur.

Si à febre habitu tumore non existente in faucibus, stranguulatio repente superueniat, & nisi uix deuorare non possit, leste tale.

Si febricitanti collū peruerterit ut deuorare non possit sine ullo colli tumore, exitiosum est.

Vbi in toto corpore mutatio nes & corpus refrigeratur, & rursus calefit, aut colorem aliud ex alio cōmutat: longitudo morbi significatur.

Sudor multus, calidus, uel frigidus, semper fluens, humor abduci, robusto quidē supra, debili uero infra significat.

Duo se-
quētes adie-
cti sunt ex
codice Gre-
co uetusissi-
mo.

Febres quæcūq; nō intermit-
tentes, tertio die uehemētio-
res fiunt, periculosæ. Quocunq;
autem modo intermiserint, secu-
ritatem inesse significatur.

Quibus febres longe, his uel
Quomicæ uel in articulos do-
lores decumbunt.

Quibus uomicæ diutinę aut
in articulos dolores exfe-
bre decumbūt, hi cibo pleniore
utuntur.

Si quis cibum febricitati de-
derit, ut sano robur, sic labo-
ranti morbus.

Qvæ per uesicam excernun-
tur, inspicere oportet, si ta-
lia qualia sanis excernunt. Quæ
igit̄ minime similia sunt his, hæc
morbosiora. Quæ uero sunt sanis
similia, hæc minime morbosia.

Et quibus deiectiones, si sta-
re permiseris, & non moue-
ris, ueluti strigmenta subsistunt:

& si pauca, paucus est morbus,
 & si multa, multus. his confert
 alui purgatio, quod si aluo non
 purgata dederis sorbitiones,
 quanto plures dederis, tanto ma-
 gis nocebis.

Q Vibuscungz inferius cruda
 deijciunt ab atra bile sunt,
 si plura pluri, si pauciora pau-
 ciori.

EXcreationes in febribus nō
 intermittentibus liuidæ, san-
 guineæ, biliosæ, & fœtidæ, o-
 mnes malæ. Cum uero bene ex-
 cernuntur, bonū est, & per uen-
 trem, & per uescicam, & ubi alii
 quid secedens steterit non purga-
 tum, malum.

COrpora oportet ubi q̄s pur-
 gare uoluerit fluida facere,
 & si supra, sistere aluum, si uero
 infra, humectare.

SOmnus, uigiliæ, utracq; mo-
 dum excedentia, morbus.

IN febribus non intermitte-
tibus, si exteriora frigent, in-
teriora urunt, & *febris habeat,
letale.

IN febre non intermittente si
labrum, aut nasus, aut oculus,
aut superciliū peruertitur, si non
uideat, si non audiat, & iam debi-
lis sit, qcquid horū fuerit, mors
prope est.

APituita alba, aqua intercu-
tem superuenit.

AB alui profluuiō difficultas
intestinorum.

ADficultate intestinorum,
Aleuitas intestinorum super-
uenit.

*εφαγελι-
σμω.
A*Corruptione, abscessus of-
sis.

ASanguinis uomitu, tabes, &
puris purgatio supra. In ta-
be fluctio ex capite. In fluctione
alui profluuiū. In alui profluuiō
adstrictio purgationis superio-

ris. In adstrictione mors.

3 **A**sanguinis sputo, puris spu-
tum, & liberatio, cum uero
saliua retinetur, moriuntur.

4 **Q**Valia fuerint uesicæ, aut al-
ui excremēta, & ex carnis
bus, & sicubi alibi à natura cor-
pus exierit, si parum, paucus est
morbus: si multū, multus: si ual-
de multum, letale est.

5 **Q**Vicunq; supra quadrage-
simum annum insanifiūt,
non admodum conualeſcūt. Mi-
nus enim periclitantur, quibus
proprius naturæ & ætati mor-
bus fuerit.

6 **Q**Vibus in ægritudine oculi
pro arbitrio illachryman-
tur, bonum. quibus autem non
ex arbitrio, malum.

7 **Q**Vibus in febribus quartæ
nis, sanguis ex naribus flu-
xerit, prauum.

SVdores in decretorijs diebus
Suehementes & ueloces facti,
periculosi.

EXpulsi à fronte stillarum in-
star & scaturiginum, & frig-
gidi uehementer & multi sunt.
Sudore enim eiuscmodi necesse
est uiolenter & cum labore sum-
mo, & elisione diuturna exire.

IN morbo diutino uentris de-
pressio, malo est.

QUæcūq; medicamentis nō q;
curantur, ferrū curat: quæ
ferro non curantur, ignis curat:
quæ igne non curantur, ea existi-
mare oportet immedicabilia.

A P H O R I S M O R V M
H I P P O C R A T I S
F I N I S .

HIPPOCRATIS COI PRAESA-

giorū liber Primus, Gui-
lielmo Copo Basiliēsi
interprete.

I H I L p inde me-
dico conducibile
censeo, quām ut
prudentē se præ-
stare laboret.

S I enim apud
ægros, prete-
rita, præsentia, & futura, atq; ea
quæ ipsi inter narrandum omis-
serunt nouerit, prædixeritq; nis-
hil,* quod ægris usui fuerit, igno-
rare putabitur. Quo sit ut au-
dehtius homines medico sese cō-
mittant.

* τὰ τῶν
νοσούντων
πράγματα.

E Tenim per quam salutarem
adhibebit curationē, si fu-
turas affectiones præuiderit, Nā
f 4

αἱ τῶν
παρόντων
ι. ex præsen-
tibus.

fieri non potest, ut omnes ægros sanitati restituat, quāquam hoc multo præstantius erat, quām futura prænoscere.

Igitur quū homines intereāt, alij quidem ob morbi uehementiam, antea quām uocetur medicus: nonnulli uero, uocato licet medico, repente moriūtur, ac alij unico duntaxat die, alij paulò longiori spacio uitam extēndūt, prius quām medicus arte sua singulis morbis *occurrendo resistat. Proinde harū affectionum naturas noscere oportet, quantum uidelicet corporis viribus sint superiores. Quū etiam si *diuinum quidpiā morbis ineſt, huius quoq; prouidentiam perdiscere. sic enim optimo jure, & admirabilem, & bonum se præstabit medicū: quos enim superstites fore cognouerit, eos rectius quoque seruabit, utpote

*ārrayavi-
tādā,

*θεον.

ex multo tempore singula consulte perpendens. Itaq; moritos, uicturosq; præsentiens, atq; denuncians, omnem prorsus calamitatem uitabit.

NOTAE EX FACIE.

IN acutis morbis sic considerare oportet, in primis quidem ægri^{*} faciem, an sanorum faciebus, maxime uero suæ ipsius, similis sit: ea enim optima censenda est. quæ uero maximo discrimine ab hac similitudine recedit, grauissimum periculum portendit, cuius hæ sunt notæ,

Nares acutæ, oculi concaui, collapsa tempora, frigidæ contractæq; aures, & imis partibus leniter uersæ. Cutis circa frontem dura, intenta & arida: totius faciei color aut niger, aut pallidus, aut liuens, aut plumbeus.

—f 5

* προσωπον.

χρήσιμον.

βοτάνη.

αὐτι-

στραμμένος.

* χλωρόν.

QVOD si inter morbi initia
huiusmodi facies apparet,
neque ex alijs indicij cōiectura
sumi possit, inquirendū est, an
vigilia, aut uētris uehemēs reso-
lutio, aut inedia præcesserit: quo-

* *ταῦτα. i. mi* rū si quidpiā deprehenderis, *nis
hīl periculi timendū est. atquisi-
ob huiusmodi causas, hæc faciei
species orta est, una die, nocteque

* *κρίνεται. i.* *finit. si uero eas præcessisse æger-
iudicatur. negauerit, diutiusque iam dicto
tempore hec forma durauerit, sci-
re licet eū morti proximū esse.

* *χρόνων των προειρημένων κατασθ.*
Scire o-
portet hoc est, inquirenda sunt ea signa, que
signū exi-
tiolum esse.
QUOD si in ueteri morbo iā
triduo, quadriduo'ue talis
est, inquirenda sunt ea signa, que
supra proposui, ad hæc, reliqua
quoque indicia, non solum ex fa-
cie, uerum etiam ex reliquis cor-
poris partibus ppendenda sunt,
præcipue ex oculis.

N O T A E A B O C V L I S ,

Nam si lumen refugiunt, & illachrymant, id'q; præster uoluntatem, aut peruerturntur, alter'q; ex ijs minor est, & quæ in ipsis alba esse debent, rubescunt, aut * genæ pallent, atq; in ijsdem uenulæ nigricant, aut φαρε· i. li-lippitudo innatans tādem ^{ans} ^{* παιλιά βλέ} gulis inhæret, ^{οντιας.} aut frequens est oculorum motus, ij'q; aut uehementer subsederunt, aut facti tumidiiores sunt, fuerit'q; aspectus horridus obscurus'q; atque universæ faciei color mutatus: hæc omnia signa, mala, * perniciofa-
que putanda sunt.

* Exitiosa.

QVinetiam oculorū per somnū suspiciones obseruan- dæ sunt. Vbi enim palpebræ nō committuntur, sed inter has ex albo oculorum aliquid apparet, neq; id fluens aliuis, aut medicamenti potio precessit, presertim si q; non sic dormire consueverit,

prauum hoc signum, letaleq; ad modum est.

** κακωτων
λογ.*

Si palpebra, aut labrum, aut nasus * retorquetur, aut pallet, aut liuore inficitur, accedete quopiam reliquorum signorum ægrū morti proximū esse haud dubitandum est. Mortem etiam portendunt labra resoluta, suspēfa, frigida, candicantia.

A DECUBITV NOTAE;

* A medi-
co.

* Manibus

Deprehēdendus est * æger in dextrum sinistrum uelatus cubans, brachijs, ceruice, & cruribus paulū reductis, ac uniuerso corpore molliter affecto, gferè sani quoq; iacentis habitus est. quippe quum optimus sit ille decubitus, qui à sanorum consuetudine non uariat.

* vocation
** περιστων. i.
supinū au-
tē cubare.*

S* Ed nō laudatur decubitus, quo brachia, ceruix, & crura extenduntur.

Duero grauius est, si seipsum
æger continere nō ualens, ad
pedes subinde delabitur.

* προστη-
τις γένοτο.

VBi pedes nudat, neque ijs ca-
lor subest, ubi brachia, cer-
uicem, & crura inæquabiliter
dispergit ac nudat, mali morbi,
* angorisq signum est.

* ἀλυσμένο.

Perniciosum est, ubi hians qs
affidue dormit. Aut ubi
supinus iacet, cruribus uehemē-
ter contortis, complicatisq.

Si pronus iaceatis, qui p bo-
nam ualetudinē sic dormire
non consueuit: aut delirium, aut
uentris dolorem portendit.

VBi residere uult æger in ipso
morbi uigore, malum quis-
dem indicium est in omnibus ac-
cutis* affectibus, sed longe pessi-
mū pulmonibus laboratibus.

* πνοιαστ.
In pul-
monia.

A S T R I D O R E D E N T I V M .

STridor dentium per febres,
Præter cōsuetudinē à teneris

contractam, insaniam significat
 & mortem: at qui ab utrisq; futu-
 rum periculum denunciandum
 est. Si uero iam deliranti, stridor
 quoq; accedit, uix aliā & que pni-
 ciosam inuenies notam.

A B V L C E R E.

Vlcus, siue ante, siue in ipso:
 morbo natū est, obseruari
 debet: nam si moriturus est ho-
 mo, aridum & liuens, aut palli-
 dum, *ante mortem apparet.
 *Et siccū.

A G E S T I C V L A T I O:

N E M A N V V M.

Ex manuum latione huiuscē-
 modi notas perpēde, in acu-
 tis febribus, in *peripneumonia,
 phrenetide, capitis dolore, si qd;
 eas faciei admouerit, ut inde qd;
 piām superuacue uenetur, aut fe-
 stucas carpat, aut à ueste floc-
 cos, aut à pariete paleas auellat;
 omnes hæ malæ letalesq; sunt,

*Pulmo-
nia.

A S P I R A T I O N E.

Spíritus frequens, aut doloris,
aut inflammationis in partibus septo transuerso superioribus, indicium est. Magnus, & ex longis interuallis, deliriū declarat. Frigidus ex naribus & ore prodiens, letalis admodum est.

Facilis spiratio, in acutis morbis, quibus febris copulatur quique intra quadraginta dies ^{*fi-} niri solent, magnum habet ad salutem momentum.

A S V D O R E.

SVdores, saluberrimi censentur, in omnibus acutis morbis, si in diebus decretorijs oriantur, febrimque ^{*finiant}, aut ubi toto corpore æqualiter insudante, æger morbū facilius sustineretur uidetur. Contrà inutiles, qui id efficere non ualent. Pessimi omnium sunt frigidi, & ubi caput

*τιλεσθανει

dumtaxat aut facies, aut ceruix
insudat: quippe q̄ in acuta qui-
dem febre, morte: in mitiore ue-
ro, morbū diuturnum fore signi-
ficant. *Et qui p̄ totum corpus
^{* Additū}
^{ex Græco}
^{codice.} eodē modo sūnt qui circa caput,
qui autē Miliū instar & circa col-
lum dūtaxat fiunt, mali. qui ue-
ro guttatim & exhalādo, boni.
Considerare autē oportet sudo-
rem in uniuersum. Alij enim p̄;
pter corporū exolutionem, alij
propter inflāmationis uehemen-
tiam fiunt.

A' P R A E C O R D I I S .

* Ilia.

ATque inter optima indicia
sunt *præcordia, ubi sine ul-
lo sensu doloris in utraque parte
æqualiter mollia sunt. Inflāmata
uero, dolentia, & intenta, & ubi
aliter in dextra aliter in sinistra
parte afficiūtur, *suspecta habe-
ri debent.

Præcor

PRæcordiorū uenē, si pulsent,
aut turbationē, aut delirū
portendunt: sed eorū qui sic affe-
cti sunt, oculos aspicere oportet:
quippe frequens illorum motus,
insaniam cōminatur.

A T V M O R I B V S.

P*Ræcordia tumida, dura, do- * Tumor
lētia, si in uniuersum sic affe- in Ilijs.
cta sunt, maximū malū porten-
dūt: si uero altera parte dūtaxat,
ex sinistra minus periculū est.

CAeterum huiusmodi tumo-
res, in principio qdē pximā
mortē denūtiant: Vbi uero ui-
ginti dies excesserint, neq; quies-
cēte febre, neq; tumore remisso
ad suppurationē conuet tuntur.

Atq; inter primos circuitus,
sanguis è naribus fluens, nō me-
diocri ipsis præsidio est, sed tum
sanguinis eruptio expectari des-
bet, quum interrogati, aut caput
dolere, aut oculos caligare fatēt.

Id uero iunioribus, uidelicet circa quintum & trigesimum annum, plerumque euenire solet.

Mollis tumor dolorem non inferens, & digitis cedens, longiori tempore finitur, sed non ita graue ab eo periculum pendet.

Quod si intra sexaginta dies, neque febris desinit, neque tumor resedit, suppurationem expectare oportet. Idem haud secus in reliquis quoque veteris partibus perspeditur.

Taque durus, magnusque tumor, dolore crucians, mortis periculum, non multo post fore denunciat. Mollis uero & sine dolore, quique premeti digito cedit, longus esse solet.

VEntris tumores, non tam crebro, ut hi qui in præcordijs oriuntur, abscessum efficiunt, quod si sub umbilico constituantur, nequam ad suppurationem con-

ueretur. Sed ex superioribus
maxime sedibus, sanguinis fluo- * Omniū
rem expectare oportet. * In qui- autē tumo-
bus omnis humor diuturnus, ad rū diutur-
suppurationem ferè spectat. norū circa
hæc loca o-
portet sup-
purationē cōsiderare.

A S V P P V R A T I O N E.

ITaq̄ suppurationū obserua-
tio sic accipiēda est. ear̄ enim
quæ in exteriorē partē erūpunt,
optimæ sunt, paruæ admodum
eminentes, atq; in acutum fasti-
giatæ: pessimæ uero sunt, quæ ma-
ximæ, quæq; planissimæ sunt.

SEd illarū quæ intus* excitan-
tur, optimæ cēsent, quæ ex-
teriorē cutem nō decolorant,
sed cōtrahuntur, nullo'q; dolore
cruciāt, atq; ubi exterioris cutis
color manet uniformis.

PVs illud optimū est, quod al-
bū & lene est, & haudqua-
quā fœtet, quod uero ab hoc ua-
riat, pessimum est.

* ἔκκλινονται
ξέω.

* Minime-
que in mu-
cronē des-
iunt.

* ἐργυται.
rumpunt.

* ἀ μαθέν
τῷ ξέω χω-
ριώ τεττικο-
νοτέρ.

* Aequale,

HIPPOCRA-

TIS COI. PRAESA-

giorū liber secundus.

DE A Q V A I N T E R C V T E M .



QVA inter cutem si
ex acuto morbo cœ
pit, periculosa est,
neque enim febrim
soluit, sed doloribus

*torquet atq; interficit: orit uero
magna ex parte uel ab ilibus &
lumbis, uel à iecinore.

Sed ubi ab ilibus lumbisq;
Sortum contraxit, pedes tumi
dos reddit, fluorem diuturnum.
vap. Quæ inducit, qui neque lumborum,
Galenus dicit esse ieiunium
trem efficit molliorem.

AT quibus à iecinore aqua
inter cutem proficiscitur, n

*καρπτα. i. ue
hemēter.
* από τῶν
κυριών. i.
a uacuis
partibus.
* από τῶν
κεφαλών.
* τῶν κυριών.
ναρ. Quæ
Galenus dicit
esse ieiunium
mesen-
terium, & ite
stina graci-
llora.

tussi uexant, ^a sed qua penè nihil
excreatur, pedes tumēt, deiectio
dura, ^b coacta^c est, circa uentrē
tumores, modo in dextra, modo
in sinistra parte attolluntur, de-
inde desinunt.

^a Baffare
^b οὐ μόνον
^c οὐδὲ τέλοις.
" καὶ πρὸς
ἀνάγκην, pro
necessitate.

MAli etiā morbi signū est,
caput & pedes, manus^c
frigidas habere, uêtre & ^d lateris ^{*πλευρῶν}
bus calentibus. Securitatē pol-
licetur corpus, quod æqualiter
molle, & calidū est. ^e Quodq^b
facile conuertitur & surgit.

^a Verti au-
tem facile
oportet eū
qui doleat,
& ad surgē
dum leuem
esse.

GRauitas uero, quæ uel ma-
nus & pedes, uel reliquum
quoq^b corpus premit, periculū
significat. Quòd si cū graui-
tate, ungues quoq^b ac digitī liuo-
re afficiant, continuò ^f pernicie ^{* Mortem.}
expectare oportet. At omni-
no nigri, tum digitī, tum pedes,
minus q^b liuentes, periculū por-
tendunt: sed tūc ad reliqua signa
refugere oportet, etenim si æger-

* $\ddot{\alpha}$ vðonua
is $\ddot{\alpha}$ wðis-
cīn $\ddot{\alpha}$ xwðis.
vñi $\ddot{\alpha}$ wðis.i.
morbū in
abscessum
uerti.

facile malū sustinet, ad sint̄c̄p alia
quædam indicia, quæ securitatē
polliceri solent, * suppurationem
sperabis, atque superstes mane-
bit æger, sed denigratæ corporis
partes decident.

* Cōnulta.
Testiculi pudendaç̄ retrā-
cta, uehementes dolores,
atque letale periculum signifi-
cant.

D E S O M N O .

$\ddot{\alpha}$ $\ddot{\alpha}$ n d̄ $\ddot{\alpha}$ $\ddot{\alpha}$
rōto. Id au-
tem si com-
mutetur, pe-
ius est. Mi-
nime uero
offenderit,
si dormiat
prima luce
ad terciam
diei partē.
q uero ab
est, si somnus neç̄ noctu, neç̄ in-
eo tpe som-
ni fiūt, dete-
riores sunt,

Q Voduero ad somni ratio-
nem pertinet, quemadmo-
dum sani etiam solent, interdiu
uigilare, noctu uero dormire o-
portet. à qua consuetudine si q̄s
aberrauerit, peior erit somnus
qui inter quartam horam & no-
ctē, quam qui matutino tempo-
re ad quartā. Pessimū tamen
terdiu accedit: id enim ob dolore
laborem̄ç̄ accidit, uel delitium

futurum significat.

DE ALVI EXCREMENTIS.

ALii excrementa inter bona
indicia sunt, si mollia, si^{*} fi-
gurata sunt, si eodem ferè tem-
pore quo in secunda ualetudine
dejci solebant, excernuntur: si
his quæ ingeruntur proportio-
ne respondent, utpote quæ infes-
tiorem uentrem recte ualere de-
clarant.

SI uero^{*} liqda fuerint, præstat
ut sine stridore, neque frequē-
ter, neq; ex breuibus interuallis
dejciantur, etenim fatigat̄ eger,
si crebro surgit, uigilijs. p consu-
mitur, quū uero affatim sæpeq;
dejcit, ne animus eum deficiat,
periculum est.

Conuenire debent excremen-
ta, his quæ assumuntur, &
bis ter'ue interdiu, noctu uero
semel dejci, idq; maxime ma-

g 4

tutinis temporibus pro cuiusq;
consuetudine.

**παρθενος*
ρον δι τησ
κοτι μελινη
δυοδησ. i.
Subrustū
autē sit, &
non admo-
dū graue-
olens.

^a T eretes.
^b *ιωνικη-*
ον.

**λιπαρη*. i.
mollis, pin-
guis.

^a *υδαρη*
καρπη. i. a-
quofum, di-
lutū valde.

^c *ερυθρη*. i.
rubrum.

**κοτι λευκη*
i. & cādidū.

^d *ιωδη κοτι*
κακοδημη. i.
æruginosū
& foetidū.

AD finem iam tendente morbo, bonū est si crassiora redantur. *Act rufa, & odoris fœditate, sani hominis aluū nō uehementer excedant.

LUmbricos etiam cū excre-
mentis sub fine morbi descē-
disse nihil nocet.

VEnter in quo quis morbo ^aua-
cuus, corpulentusq; esse de-
bet.

PEriculosum sterlus est, qd
per liquidum, albicans, pal-
lidum, uehementer rufum, aut
spumans est.

ITem malū est, quod exiguū,
glutinosum, ^b idemq; subpalli-
dum est.

OMnium maxime letiferum
est, nigrum, pingue, liuens,
aut quod peioris est odoris q;
pro consuetudine.

VAria excrementa, quanque
diutius mortem differunt,
nō tamen minus sunt letalia, hu-
iusmodi & ramētosa sunt, bilio-
sa * & nigra, atque porri colorē *Cruēta.
imitantur.

*Aliquā-
do quidem
simul, ali-
quādo per
uices excre-
ta.

INter optima signa est flatus,
quod necest strependo, necest peden-
do emittitur, quanquā enim sa-
tius est ipsum cum strepitu exire
quam includi: tamen hoc pacto
prodiens aut dolere, aut delirare
ægrum significat, nisi sua sponte
flatum ipsum emiserit.

PRæcordiorum recētes qui-
dem dolores, *gibbosū,
nisi inflammatio quoque accel-
serit, murmur in ipsis exortum
soluit, ac unā cum stercore & uri-
nis, atque flatu egreditur, quod ubi
non contingit, si tamen ex sede
sua transfertur, bonum signum
est, idque magis si ad inferiora de-
scendit.

D E V R I N I S .

VRina illa optima est, in qua per totum morbi decursum residet album, leue, æqua-
le: hæc nimis securitatem, breuemq; morbum significat.
Quod si aliquid horum deest, ut modo liquida sit, modo album,
leueq; in ipsa resideat, hæc ut longiorum morbum denunciant,
ita securitatem minorem pollicetur.

^æπειθαρι.
fore,
^{καθαρον.}i.
pura.

SVbrubra urina, in qua subrubrū, leueq; residet, quāquam superiore morbum diuturniore, eundem tamen salubriorem fore declarat.

^{κρημα-}
dīs.
^{ωταλω-}
dīs.
"Admodū.

Mala est urina, quum id qd; residet, parti farinæ crassiori simile est, peior uero, si lamis, ac uituperat quoq; albationisq; quanquā lōga maius periculū illa portendit in qua que

dam tanquā furfura resident.

Nebulæ in urina suspensæ, albae quidē bonæ, nigrae vero malæ sunt.

Caeterum quoad urina rufa, tenuisq; apparuerit, crudū morbi significat. Quod si diutius talis permanferit, ne priusq; morbus quiescat, æger viribus destitutus succumbat, periculum est. Perniciosissima est urina, quæ mali odoris, & diluta, & tenuis, & nigra, & crassa est.

In viris quidē & mulieribus nigra, in pueris vero tenuis & diluta, deterrima est.

Si urina tenuis & cruda, sic diu fertur, ut reliqua signa salutaria sint, plerunque infra septum transuersum abscessus oriendi solet.

Neque leuiter terrere nos debet urina, cui pinguedo terris aranorum similis innata,

*urinæ
decs.

Si vero
morb' diu-
turnus fue-
rit, urina
autem talis
fuerit.

*urinæ
i.concoqua-
tur.

*Aquosa.
*urinæ
i.aquo-
sa.

quippe quæ hominem tabe consumi significat.

Nübicularū possum, supernum' ne locū, an infimum teneant, obseruare oportet. *Nā quæ in ima parte constituuntur cum coloribus, quos supra proposui, bone sunt, atq; laudantur: quæ uero sursum attolluntur, mala, uituperandæq; sunt.
Cum coloribus superdictis.

Sed caue ne uesica quoquo modo affecta, si huiusmodi reddiderit urinas, te decipiat: tales enim non ad uniuersum corpus, sed ad ipsam duntaxat uescam referri debent.

D E V O M I T V .

Perquā utilis est uomitus, q**uod** bilem pituitæ mixtā habet, si neq; crassitie, neque multitudine admodum excedat: *nam synceræ pituite, bilis ue uomitus periculosus est.

**ποιγάρ α-*
κρητίσεροι,
κακισσις εἰσὶν.
synceri em
deteriores
sunt.

Sluero* uiridis, aut liuidus, aut niger est, quilibet horum colorum acciderit, uiciosus est.

Si uero omnes affatim in eodē
appareant, mortis periculū
ualde timendum est.

AD ultima uentum esse testatur liuidus uomitus, præcipue si malus in hoc odor est.

**Siquidem fœtores in quo quis
uomitu mali sunt.*

D E S P V T O .

In pulmonis, costarumque doloribus, oportet ut sputum celesteriter, facileque screetur. Et a crux or sputo uehementer misceatur.

Etenim si multo post doloris
initium, aut cruentum, aut rufum,
aut non sine multa tussi, nec adeo
comixtum expuitur, uiciosum
censetur.

QVippe* cruentum, si syn-
cerum quoque fuerit, pes *ξαρθρός

riculum subesse testatur. album uero, uiscidum, & rotundum, inutile est.

MAli etiam morbi testimoniū est quod admodum uiride, quodq; spumosum est.

ID uero omni alio deterius est, quod sic est syncerū ut nigrū quoque uideatur. Neque tutum est sputū, quod non expurgatur, nec projicit ipsum pulmo, sed omniam plenitudinem feruet in gutture.

TNo omnibus morbi pulmonis destillatio, sternutamentū, siue præfuerint, siue superuenerint, periculum ostendunt, quamquam in cæteris morbis, uel periculosissimis, utilitate carent.

SPutum cruentum cui paulus sanguinis admixtum est, in morbi principio, inflamato pulmone proiectum, securitatem atque auxilium pollicetur, quod

* κορύζαι.
grauedinis.

* οἱ ταῦται
μοὶ λυσίτε-
λλοιν. i. Stern-
utamenta
iuuant.

* ξανθόν. i.
flavum,

uero ad septimum usq; diem, longiori ue spacio tale apparet, non adeò tutum est.

Omne sputum, quod dolorē non mitigat, malum est. Ni grum, ut supra demōstrauimus, pessimum est: sed longe saluberrimum est id quod dolorem placat.

DE S V P P V R A T I O N E.

Dolores in dictis sedibus, quos neque sputi purgatio, neque soluta aluus, neque sanguinis missio, neq; medicamentum, neque uictus ratio, sedare potuit, scire licet eos ad suppurationem tendere,

SVppuratio erumpens, sputo adhuc bilioſo apparente, siue bilis seorsum, siue unā cum pure expuatur, admodum pernicioſa est, præsertim si à diē morbi septimo incœperit pus ab huiuscē-

modis puto procedere. Itaque timendū est ei qui sic expuit, ne decimaquarta die moriatur, nisi salutiferum aliquod īdiciū interea superueniat.

Porrō bonæ spei signa sunt, si æger bene sustinet morbum, si facile spirat, si dolor leuatus est, si sine difficultate screscat, si corpus æqualiter molle & calidum est, neque sitis infester; præterea urina, alui sedimina, somni, sudores, ut de singulis suscipientur, quorum si nullum defitetur, haudquaquam æger morietur. **C**ontrā, si intolerabilis est morbus, si halitus magnus & aliqua quidē adhuc frequens est, neque mitigatus est dolor, uix sputum redditur, si tis uehementer cruciat, febris inæqualiter corpus afficit, si de decimo ætate uenter & latera uehemens ger morietur, ter calent, fronte, manibus, & pedibus.

pedibus frigore affectis, atque urina & alii excrementa, & somni, & sudores, ex supra propositis notis periculum minantur. quidquid horum iam dicto spusto superuenerit, aut nono, aut undecimo die ægrum moriturum significat, ita ut decimumquartum non queat attingere. Huiusmodi coniectura letale sputum consequi oportet, quod uidelicet ad decimumquartū diem ægrū uiuere non permittit. Ex prædictis itaque signa, tum bona, tum mala perpendere, ac subinde futura prædicere oportet.*

REliqueræ autem uomicæ magna ex parte rumpuntur, sed aliæ in die uigesimo, aliæ trigesimo, aliæ quadragesimo, nonnullæ ad sexagesimum usque perueniunt.

PRoinde suppurationis initiū obseruare oportet, quod ab

* Sic enim quis uerum maxime p-dixerit. ^{ex vñtioris} i. suppura-tiones.

*μετανομά-
τορ.

*εκποίησα.
i. suppura-
tio,

eo die putādum est quo primum quis aut febricitauit, aut inhoreuit, aut p̄o dolore grauitatem illius partis sensit, quā antea dolor infestabat. Nam talia in suppurationum principio accidere solent ab hoc igitur tempore, usque ad iam definita spacia, * uomicarum eruptiones expectantur sūnt.

AN uero alteram duntaxat partem uomica occupet, ex his ferè notis perpēdere licet, si alterum latus dolore cruciatum & altero calidius est, atque ubi in partem sanā aliquis decubuit, interrogatus, onerari eam, ueluti ex pondere aliquo respondeat, quibus cognitis, in eo latere suppurationē esse conīcies, cui grāuitas incubit.

SVppuratos omnes hoc p̄ācto deprehendes, Si febris non dimittit, eaq̄ interdiu leuior

est, noctu increscit, multus sudor
oritur, tussiendi cupiditas est, sed ^{αξιον λόγος,}
nihil penè excreatur, oculi cauā i. effatu di-
tur, malæ rubent, *ungues in ma-
nibus curuantur, digiti, maxi-
me' que summi calent, pedes tu-
ment, cibi fastidium est, pustulæ
soto corpore nascuntur. Atq; di-
uturnarum uomicarū hæ sunt
notæ, quibus haud dubia fides
adhibenda est. Sed quæ breuiori
spacio duraturæ sunt, ex hisdē nos-
tis deprehenduntur, atq; ex his
quoq; quæ in principio appa-
re solent, simul si spiritus maiori-
cum difficultate trahitur.

C Eleriorem, tardiorem uero eru-
ptionem ita coniicies, Si pro-
tinus ab initio tussis fuit, & spi-
ritus difficultas, atque sputi ex-
cretio, uomica intra uigesimū di-
em erumpet. Si uero non adeo ue-
hemens fuerit dolor, cætera que
illi ex proportione respondeant,

serius ruptura sequetur. quo tempore & dolorem & spirandi difficultatem minui, atque sputi screatum increscere, ante uidelicet prius eruptionem, necesse est.

Caeterū a periculo tuti sunt, quibus eodem die quo eruptio facta est, febris conqueuit, desieruntque urgere cibi fastidium & sitis, alius exigua quædam & figurata reddit, pus album, leue, simplici colore, & sine pituita est, atque sine dolore leui tussileula ejicitur. Hæ sunt notæ per quām salubres, quæ celeriter liberant hominem, ab his securitatem quoque pollicentur, quæ ad ipsas proxime accedunt. At certum periculum est, si febris non quieuit, aut post quietē repetit. Item si sitis est, si cibi fastidium, si uenter liquidus, si pus est liuidus aut pallidus, si nihil nisi spumam pituitam æger screat. Itaque

* ξωτικό-
7α. i. cōstan-
tia.

* ογρά. i. hu-
midus.

seruari non possunt, quibus omnia hæc accidūt. quibus uero nō omnia, aliij quidem moriuntur, aliij uero post longa temporū interualla sani euadunt. Ex omnibus autē iam propositis cōiecturis, reliquarum quoq; affectionū signa consyderare oportet.

DE ABSCESSIBVS.

QVIBUS ob laborantem pulmonem, abscessus secundum aures oriuntur, & in partibus infernis suppurātur, ac fistulam efficiunt, ihs secunda^{*} ualetu^{* ουρηγοῦ} do contingere solet. ^{ται}

IN quibus huiuscemodi notas obseruabis. Si febris non conquiescit, neq; dolor mitigatur, si sputum non pro ratione ejicitur, si aluus, neque biliosa, neq; liquida, neque syncera excernit, si in urina admodum exigua^{a ἔνλυτοι. i.}, multa resident, ac reliqua quoque ^{friabilia.} ^{"nec crassa.} h 3

signa omnia securitatem polliceantur, eiusmodi abscessus expectandi sunt.

Qui alijs quidem eueniuntur partibus infernis, si quodam modo* inflamata fuerint præcordia: alijs uero in superioribus, si i. hic phlegma dicit Hipp. pro adustione & inflammatione.

* οὐ πιτεῖ φλέγματ@ Q. Hipp. pro adustione & inflammatione.

In uehementi periculosa' que peripneumonia non inutiliter in cruribus nascuntur abscessus: nec potest aliud quicquam melius accidere, præsertim si mutato sputo sic appareat. Siue enim tumor siue dolor sentitur, sputo cruento in pus iam conuerso excretoꝝ, tutissimum id indicium est. Nam & æger à periculo liberat, & abscessus doloris expers, celerrime eonquiescit, At si neq;

* Sputo, p
flavo puru
lento effe-
cto-

sputum probe excernitur, nihil
que residet in urina quod bonam
spem fulcire uideatur, ne ex eo ar-
ticulo claudicet æger, uel pluris
ma certe sustineat negotia, peris-
culum est.

SI uero * subsederūt abscessus,
sed rursus repetunt, non pro-
deunte sputo, ac perseverante fe-
bre, grauis timor est, ne de lirium
ubeat æger, aut moriatur.

SANè ex suppurationibus, q̄s
pulmonum morbi concitas-
runt, ferē senes moriuntur: ex cæ-
teris, iuniores.

LVmborum, inferiorum' que
partium dolores, quibus fe-
bris quoq; accedit, si ad septum
transuersum transeūt, relictis in-
ferioribus, admodum perniciosi
sunt. animaduertēda tamen reli-
qua quoque indicia sunt: si enim
periculosum aliquod signum ac-
cesserit, hominem à spe deponit sQ.

Quum uruntur suppurati, si pus fluxerit purum, candidum, & si ne foetore, seruantur. si uero subcruentum, cœriosumq; pereunt. Si ad septum transuersum, malū ascenderit, nullo reliquorum sīgnorum periculum ostendente, futuræ suppurationis indubita ta spes est.

EX VESICA NOTAE.

Vesica dura, dolens, graue periculum, letale que committatur: id que si continua quoque febris accesserit, nam uesicæ doiores, ualidam necandi vim obtinent, quo tempore alius etiā nihil reddit, nisi dura quædam, ac ne ea quidem, nisi cogatur.

A T uero urina purulenta procedēs, in qua residet album & leue, metum detrahit.

Q*Vòd si ab huiusmodi urinā dolor leuatus non est,

XIV de partu
τω θρημα
de partu

neque uesica mollior effecta est,
neq; febris cōquieuit, laborantē
per primos morbi circuitus mo-
riturum, denunciandum est.

Duero pueris à septimo anno
ad decimumquintum præcis
pue accidere solet.

HIPPOCRATIS COI PRAESAGIORUM liber tertius.

DE FEBRIBVS.



E B R E S, siue sanus
ab ipsis quis euadat
siue pereat, æquali
dierum numero fini-
untur.

κρηπονται.
i. iudicatur.
οι θεσατοι.
i. simplicissi-
μæ.

VT em̄ saluberrimæ febres,
quæ uidelicet tutissimis ful-
ciuntur notis, die quarto uel Ante-
tea quiescere solent, ita pessimæ

h 3

quæque, & quibus periculosisſiſ
ma adsunt signa, die quarto, uel
citius interficiunt.

Primus itaq; earum insultus,
ita finitur, alter in septimum
diem producitur, tertius in unde
cimum, quartus in decimūquaſ-
tum, quintus in decimūseptimū,
sextus in uigesimum. Igitur acces-
ſiones ipsæ ex acutissimis mor-
bis per quatuor in uiginti auctæ
finiuntur. uerū huiuscemodi sup-
puratio per dies integros nimirū
fieri nō potest; quippe quum nec
annus, nec mense ipsi, integris
numerentur diebus.

DEinde eadem ratione, atque
additione, primus circuitus
ad quatuor & trīginta, alter ad
quadraginta, tertius ad sexagin-
ta dies perueniet.

Sed huiusmodi morbos, qui
longiori spacio finiri debent,
ab initio perquām difficile est di-

scernere, quod simillima sint eo-
rum principia. animaduerteret a-
men à prima die oportet, atq; sin-
gulos dierum quaterniones ob-
seruare: sic enim haud obscure sci-
es, quò se cōuersurus sit morbus,
Ac quartanæ quoque conditio
hunc seruat ordinem.

MOrbi autem tempore bre-
uiissimo finem attingētes,
facilius dignoscūtur, utpote qui
maximis protinus ab initio dis-
tinguntur differentijs. siquidem
ad sanitatem tendētes, facile spi-
rant, non dolent, dormiūt noctu,
ac reliqua quoq; signa, maximā
eis securitatem pollicentur. Peri-
turi uero difficulter spirant ^{*κόσμος} deli-
rant, uigilant, cætera ^{πρό} id genus
pessima signa eis accedunt.

VT igitur, his sic se habentis
bus, morbos ad iudicium tē-
dentes coniectura consequi opor-
tet, & ex tempore, & ex singu-

^{αλλοφάco}
^{caγτο. i. tu-}
multuātes,

lis additionibus. Ita eadem quoque ratione in mulieribus, morborum iudicia, à partu numeranda sunt.

CApitis in febre uehementes, perpetuiq; dolores, accedente letalium notarum aliqua, ualde sunt perniciosi: si uero nullo talis signo apparente, diem uigescit mū dolor excesserit, neq; febris conquiescat, ex naribus sanguinis fluorem, aut in partibus inferioribus abscessum expectabis. Similiter dolori etiā recēti, sanguinis p̄fusio ex naribus, aut suppuratio supuenire solet, pr̄cipue si dolor & tēpora, & frontem infestauerit.

MAxime uero sanguinis fluxio expectanda est in iuuenib; qui quintum & trigesimum annum nondum superauerunt, nam maioribus natu, suppuratio fere oritur.

AVris dolor acutus cū febre
non intermittēt, uehemen-
tiū, graue periculum minatur,
nam & mentem turbat, & * ho-
minem rapit. Qum igitur an-
ceps sit huius rei exitus, à primo
protinus die omnibus signis ac-
curate animum adhibere oportet.
Nam ex eo ^acasu iunio-
res quidem intra septimum dīē
seniores uero multo tardius mo-
riuntur: quippe qui nō æque ma-
gnas febres experiuntur, néque
adeo ^{*}insaniunt. ^a proinde suffi-
nere possunt donec suppuretur
affectus. Quod si morbus in hac
ætate reuertat, ^a magna ex par-
te interficere solet. Sed iunio-
res, antea quam auris suppure-
tur, pereunt: nisi pus candidum
ab ea defluens, securitatem pol-
liceatur, præsertim ubi salutariū
quoque signorum aliquod appa-
ret,

* ἀπολέ-
θσαι. i. peri-
culū enim
est, ne ho-
mo delyret
ac pereat.

^a νοσήματος.
i. morbo.
* κρίνεται
σάρωσι. i. &
citius.

* Delyrat.
^a κρίνεται
σάρωσι &c. i.
proinde in
eis aures an-
tea suppura-
rantur.
* Plurimos

Nec leuiter terrer i debemus ubi febricitanti fauces exulceratur; cui si aliud quoque ex magnis quae supra declarauimus accesserit, in periculo hominem uersari, denuntiandum est.

D E A N G I N A.

Angina, periculosissima est, celeriter que enecat, si neque in faucibus, neque in ceruice quicquam apparet, si dolor uehemens est, si uix spiritus trahitur: etenim eodem die iugulat, licet interdum usque ad secundum, aut tertium, aut etiam quartum pro trahatur.

ἀρθρώνοις οὐδὲ πάσι ερεστα κερύκη οὐδὲ σπιραντ.

Quæ uero in reliquis quidem non minore dolore afficit, in faucibus uero tumorem ruboremque excitat, superiori non minus periculosa est, sed longius spacium habebit, præcipue si uehementius fuerit rubor,

Neque leuiter terreri debemus ubi febricitanti fauces exulceratur: cui si aliud quoque ex magnis quae supra declarauimus accesserit, in periculo hominem uersari, denuntiandum est.

D E A N G I N A.

Angina, periculosissima est, aceleriter que enecat, si neque in faucibus, neque in ceruice quicquam apparent, si dolor uehemens est, si uix spiritus trahitur: etenim eodem die iugulat, licet interdum usque ad secundum, aut tertium, aut etiam quartum pro trahatur.

Ὀρθίων
αν. i. nisi erat ceruice
nō spirant.

Quæ uero in reliquis quidem non minore dolore afficit, in faucibus uero tumorem ruboremque excitat, superiori non minus periculosa est, sed longius spacium habebit, præcipue si uehementis fuerit rubor,

Sed tum præcipue malū pro-
longatur, quum non solum
fauces, sed ceruicem quoque rus-
bor occupat. maxime uero po-
test ab ea secūda ualetudo cōtin-
gere, si rubor simul & ceruicē &
pectus comprehendat, neque ad
interna reuertatur erysipelas.

Quam uero deletur erysipe-
las, sed non in decretorijs
diebus, neq; in exteriōres partes
conuertitur tumor, neq; pus scre-
at æger, sed leuis & a' dolore im-
munis uidetur, id aut mortem si-
gnificat, aut dolorem reuersum.

Tutius est & tumorem & ru-
borem in externas maxime
partes conuerti. si uero ad pul-
monem conuersio sit, dementiā
excitabit: quanquam nonnulli
sic affecti, magna ex parte suppu-
rantur.

Gulgilio si cū rubore tume-
scit, sine periculo præcidi* nō

poteſt, etenim inflammatio, ſanguinisq; profuſio ei accedit. Pro inde ſatiuſ eſt alijs quibusdā auxilijs uti, quibus extenuari poſſit.

* 87ap dī
ἀποκριθ
καὶ τῶν δ
στά ταφυλίν
&c.i. Cum uero ſecre-
tum fuerit omne id qdū uia ap-
pellant, & ſūma pars gurgulio -
nis maior & rotunda
&c.

* Quum uero pallidior effici-
tur, uua nominari ſolet: quod si
tum imā eius pars crassa & ro-
tūda, ſumma uero tenuis uideat-
ur, intrepide præcidi debet. Sa-
tiuſ tamē fuerit, antea quām ma-
nus adhibetur, aluum uacuare,
ſi tempus id ita permittat, ut in-
terim ſuffocatio hominem non
præoccupet.

Q Vibus febres, neque ſalu-
taribus notis apparenti-
bus, neque in diebus decretorij
conquiescunt, nō reuersionem tū
mere debent.

In longa febre, ex qua tamen
æger liberari poſteſt, ſi neq; ob
inflammationem, neque ob aliā
ullam manifestā cauſam, dolor
inficit, aut tumidū aut doloro-
ſum in

sum in articulis abscessum expeditare oportet, præcipue in imis partibus. Maxime uero in his æstatibus quæ triginta annos nō excesserunt, eiusmodi abscessus nasci consueuerunt, idq; in tempore breuiori.

Non tamen expectandus est abscessus, donec uigesimā diem febris præterierit, is natu maioribus raro accidit, quāuis longo spacio duret febris.

Soleat etiam continuis febris abscessus supuenire. Interpellata uero febris, eademq; errabunda, in quartanam mutabitur, præcipue si autumnus proximus est.

Atque ut abscessus oriuntur in his qui triginta annis minores sunt, ita quartana eos qui trigesimum annum aut agunt aut excesserunt, præcipue corripit.

Igit scire licet, abscessus hys
me magis accidere, serius fi-
niri, sed non facile reuerti.

D E V O M I T I O N E
S P O N T A N E A.

Si cuiquam in nō letali febre,
caput dolet, aut ante oculos
obscura quædam obuersantur,
aut ^{*}cordis dolor accidit, is bilē
euomet. Si uero horruerit & in-
feriores præcordiorū partes frī-
morsum.
<sup>* Galenus dicit, sumi-
uentriculi rigor ad-
sit.</sup>

Quare afficiantur, citius ad uomitionē properabit. quod si eo tem-
pore quidpiam aut biberit, aut
ederit, id quoq; quam celerrime
euomet.

Qibus itaq; à primo protinus die dolor supuenerit,
ns quarto & qnto die ingraue-
scit, mox in septimo liberantur.
ant, fluen- Sunt non pauci qui in tertiodie
tium instar dolere incipiūt, quinto maxime
exagitant. * molestantur, deinde nono uel

undecimo tuti euadūt. Sed quos
dolor qnto die uexare cōperit,
reliqua ex proportione respon-
deant, ijs decimo quarto die* fi- ^{*expivete*u.i.*}
nitur morbus. Hæc tum uiris,
tum mulieribus, sed in tertianis
maxime cōtingere solent. Iunio-
ribus uero cum in ijs ipsis, tum
præcipue in continuis febribus,
atq; tertianis synceris.

ITaque quibus in huiuscemo-
di febre caput dolet, oculi ue-
ro obscuras illas imagines non
uident, sed caligatione hebetan-
tur, aut splendentia quædā cer-
nere se putant, ac* præcordis do-
lore, in alterutra parte præcordia
tendūtur, ac neq; dolor infestat,
neq; inflammatio, ijs pro uomiti-
tu fanguis è naribus profluet,
idq; præcipue iunioribus acci-
dit, si uero trigesimum annum
uel agunt, uel superauerunt, uo-
mitum potius quam sanguinis

* αὐτὶ τῷ
καρδιῶν
i.pro uetri-
culi morsu.

fluorem expectabimus.

D E C O N V U L S I O N E.

Si pueris in acuta febre aluus
nihil deicet, neque somnus
accedit, sed terroristur, flent, color
mutat, ut modo pallidus, modo
liuidus, aut ruber efficiat, * ner-
uorum distentio timeri debet, ut
pote quæ pueros qui septimum
annum nondum excesserunt, quam
promptissime inuadit. Gradius
culos uero pueros, atq; adultos,
non adeo in febribus neruorum
distentio præhedit, nisi uehemem-
tis admodum malitiæ signum ali-
quod affuerit, qualia uidelicet in
phreneticis uidentur.

Ergo ex omnibus signis, ut
de singulis morbis singula
præscripta sunt, & morituros,
& eos qui ad bonam ualeutudin-
em redire poterunt, siue pueri
sint, siue natu maiores, sic coni-

* οὐαγμοι
γίνονται. i.e.
nulliones
sunt.

cere oportet.

ATque hęc de acutis morbis,
Atque de his qui ab eis na-
scuntur, dixiſſuelim.

CAeterum si recte discernere
Cuolueris, & morituros, & e-
os qui à periculo tuti sunt, & q̄s
morbis longo, & quis breuiori
ſpacio finietur, disce omnium ſi-
gnorum inter ſe collatorum uis-
tres, ut ſupra demōſtrauimus, ac-
curate iudicare, tum aliorū, tum
præcipue urinæ, ac ſputi, quum
ſcilicet ſimul & pus & bilē æger-
ſcreat. Item * ſuperueniētium
quoque morborū impetum, ac
temporū anni conditionē ac-
curate obſeruare oportet.

* ἐπιδημ-
μεόντων. I.
populariter
grassantiū.

POſtremo quod ad coniectu-
ras, reliquaꝝ ſigna ptiinet,
haudquaquam uel ignorādum,
uel negligendum eſt, quod quo-
uis anno, & quoūis anni tēpore,
mala ſigna timorem, utilia uero

bonam spem denunciant. Et
enim in Lybia, & Delo, atque
Scythia, pposita iam signa, ue-
ra esse comprobavimus.

VNde scire licet, in ijsdem ter-
ris multo plura quam su-
pra proposuimus, illū facile assē-
qui posse, qui ea recte & iudica-
re & perpendere didicerit.

Sed nullius morbi hic non de-
scripti nomen desyderādum
est: nam omnes qui in dictis tem-
porum spacijs morbi* finiūtur,
ijsdem quoque indicijs discernū-
tur.

*κρήται.
indicantur.

HIPPOCRATIS COI
PRAE SAGIORVM
FINIS.

HIPPOCRAT
TES DE NATVRA
Hominis, Andrea Brentio
Patauino interprete.



VI confueuit audiēre eos q̄ de hu-
mana natura al-
tius quā ad me-
dēdi facultatem
pertinet, dispu-
tant, huic certe
mea oratio ut audiatur apta nō
est. Neque enim p̄forsus dixerim
hominē aērēm esse aut ignē, aut
aquā, aut terrā, aut aliqd aliud:
quod minime unū in homine in-
esse manifesto appetit. Sed id
quibus placet, dicere permitto.
Atqui mihi quidē nō uident̄ hu-
iuscemodi homines recte senti-
re. Nā cum idē sentiant, idemq;
cōcludant, loquunt̄ tamē diuer-

fa. A iunt enim unum quid esse
quod est, ac id esse unum & o-
mne: uerbis autem discrepant.
Quoniam id unum & omne, eo-
rum aliis asserit esse spiritum, al-
ius calorem, aliis liquidum, aliis
aridum. Tum sua quisq; ratione
concludunt argumenta, ac testi-
monia & indicia afferunt, que nul-
lius sunt penitus mometi. Quod
uero eodē sunt sensu, uerbis au-
tem dissentunt: ea re patet eos
ignorare quæ profitentur. Quod
quidem his præcipue perspicere
licuit, qui illorū contentionibus
interfuerint. Nam cum ijdem illi
boni uiri eodem in cōspectu at-
que confessu auditorum inter se
contendant, nunquam tamen in
eodem sermone unus idemq; ut
tres deinceps alios conuicit, sed
modo hic superior est, modo ille,
cuicunque præsertim fuerit lin-
gua magis fluxa, magisq; intus

*δε τούτοις
δε κέρα
&c. ille qdē
ignem, ille
aërem, ali-
us aquam,
alius terrā.

bam idonea. Qui autē recte sentire putās aliquid de rebus pollūcet, is meritō rationes suas probabiles atque inuictas semper affert: siquidem uera intelligit & recte demonstrat. At uero iſri quidem uidentur imprudentia sua non tam in uerbis, dum disputant, errare, quam etiam Melissi sententiam sequi atque probare: sed de his hactenus. Etiam ex medicis quidam ^{*} hominē sanguine tantum, quidam bile, quidam pī tuita constare dicunt: ipsi que omnines eandē subiiciunt conclusiōnem. Aiunt enim, unum quid esse, cui nomen ad illorum cuiusq; libidinem imponitur. porrò id unum formam & uim mutare a calore, uel frigore coactum mox dulce aut amarum, aut albū, aut nigrū, aut aliud quid diuersum fieri. Verum hæc nonsic habere mihi uidetur ["] Nam si homo una ro dico si,

re constaret, nullo unquam morbi genere afficeretur. neque enim esset unde doleret, cum unum tantummodo foret. Quod si afflita-
 retur, una utique curatio necessa-
 rio foret. Contrà, nūc plures exi-
 stunt: quia plura in corpore sunt,
 quæ cum plus iusto inter se calfi-
 unt, aut refrigerantur, aut sicces-
 scunt, aut humefiunt, morbos pa-
 riunt: ex quo multa habentur æ-
 grotationum, genera, & multæ
 quoque illarū curationes. Cæ-
 rum, mea quidē opinione, qui ho-
 minem sanguinem & nullam ali-
 tum ac uehemens denunciant,
 * *άρσεις τὸ* atque æger magna ex partemo
πνοή. i. ut ritur. Quòd si mortem effuge-
πλυτίνη, aut cum abscessu, aut san-
απόσθητικός guinis fluore è naribus, aut cra-
 i. moriun- li puris sputo liberatur, nec ali-
 tur euadere poterit. Neque ui-
 tur euadere poterit. Neque ui-
 deo medicos harum rerum ex-
 perientia ita exercitatos, ut im-
 becillitates in morbis discernat,
 * *κρεατίζειν* siue[‡] ob uenarum inanitionem,
παραπάνω siue ob aliam quandam irritationem, ut uel dolorem, uel mor-
 i. om- bi uehementiam, eueniant. Nes-
 nigenas. que eas affectionum[‡] species di-

gnoscūt, quas uel natura nostra,
uel habitus, singulis efficere so-
let: quanquam ab ijs, uel salus,
si cognoscantur, uel mors, si p-
pter imperitiam lateant, expe-
si cōstantia est. Sane ut grauissimū
peccatum censetur, si uel ob la-
borem, uel morbi uehementiam
imbecillo, aliquis uel potionem,
uel sorbitioñem copiosiorē, aut
cibum exhibeat, existimās eum
à uenarum exinanitione factum
debiliorem, ita impudentissimū
est, eum quē uenarū exinanitio
reddidit imbecilliorē, nō cognos-
cere, & abstinentia torqre: quās
quam ne hoc quidem peccatum
periculo uacat: tamē ut superio-
re leuius est, ita magis deriden-
dum. Si enim aliis quispiam siue
medicus, siue plebeius, accesser-
it, nota ueritę̄ accidētia, deinde
cōtra prioris medici institutū, ci-
bū, potionemq; exhibeat, planè

*τὰ δὲ τοι-
αῦτα μάλι-
στα καθύβρι-
ζεται τὸν
ἀφροδιτέ-
ων οὐτό^ν
τὸν ἀνθρώ-
πων. i. ta-
lia uero ar-
tificū faci-
nore maxi-
me ab ho-
minibus ui-
tuperātur.

*τὰ ἄλλα
ἀρθρα. i. &
alij articu-
li.

cōstat hunc nonnihil auxiliū at-
tulisse: *proinde prioris artificis
institutū grauissimam subit calū
niā. uideturq; superueniens uel
medicus uel plebeius ueluti mor-
tuū resuscitasse. Nos de hac re
notas quasdā scribemus, quibus
singula discernant. Atq; hæc q;
iam pposui, similia fere sunt ac-
cidentibus, quæ uentriculū non
nunquam infestant. Etenim si u
niuersum corpus præter consue-
tudinem diu quieuerit, nō proti-
nus robustius euadit. Quod si lo-
giori quoq; spacio torpuerit, de-
inde protinus labores aggrediat-
ur, id quod effecerit, uile erit. Si
militer de reliquis quoq; corpo-
ris partibus sentiendum est. Ne
que enim pedes, * neq; aliæ cor-
poris partes, recte sua munera
pficient, dissuetudine labore in-
tercipiente, si aliquādo subito la-
borare tentauerint. Similiter &

dentes & oculi & cæteræ quoq;
 partes afficiuntur. Nam & cu-
 bile præter consuetudinem, aut
 molle, aut durum molestum est.
 quanquam quod sub diuo præ-
 ter consuetudinem stratum est,
 corpus indurat. Porro horum
 omniū satis fuerit exempla quæ
 dam perstringere. Esto sanè quòd
 tibia cuiuspiam ulcere non omni
 no * salubrī laboret, qui neque ἔστι καίρον
 perdifficilem, neque facilem οὐ μέτι λίγη τοῦ
 mnino curationem admittat. Si
 prima protinus die, inter curatio-
 nis uidelicet initia, sic iaceat, ut
 nequaquam crus eleuet, inflam-
 matione haud quaquam afficie-
 tur, multoq; citius bonæ ualetu-
 dinis restituetur, quām si inter cu-
 randum errorem committat. q;
 si à die quinto, aut sexto, uel se-
 riū etiam surrexerit, & incedere
 conetur, magis dolebit quām si uel adhuc
 protinus ab initio in curatione superiore.

peccasset. si uero subito multum
que fatigetur, grauiori cruciabi-
tur dolore, quam si per iam pro-
positos dies inter curandum fuie-
set fatigatus. Itaque ex his omni-
bus perfectum licet colligerete.

* ιωι τα.
κει ιωι τα.
huc et illuc.
δικ τελε-
ς. ubiq; &
semper.

* ει πολλης
κυριαγγει.
ex mta ua-
forum ina-
tione.

* ιλληνειρ.
i. quiescere,
cessare,

stimonium, quod omnis subita
mutatio, si modum excesserit,
noxani inducit. Ventriculus au-
tem grauiter laeditur, si ei postea
quam uehementer conciderunt
uenæ, protinus immodice quid-
piam ingeratur. Sic reliquu quo-
que corpus, si ex multa quiete su-
bito ad uehementem laborem
deducitur: magis laedetur, quam
ubi ex pleniore cibo ad uena-
rum exinanitionem transmuta-
tur. Illorum etiamnum corpora
torpere necesse est, qui ex mul-
ta fatigazione, repente ad igna-
uiam secordiam que sese conuer-
tunt. Proinde uentriculos ipsorum,
haud ita multo cibo exer-

cere oportet. alioqui & dolore &
grauitate totum corpus uexabitur. Cæterum de immutatiōe uel
ad hæc uel ad illa, longior fuit no-
bis sermo, quod huiusmodi noti-
tia, ad omne fere negocium utilis
est, præsertim ad hoc nostrū pro-
positum , quod scilicet in acutis
morbis à uenarum exinanitione
ad sorbitonem transeuntes, per-
mutationem à nostris præceptis
aberrare nō permittant. Etenim
non est exhibēda sorbitio donec
maturus uideatur morbus , aut
aliud signum, uel circa intestina,
ut uacuatio aut irritatio, uel cir-
ca præcordia apparuerit. Vehe-
mens uigilia, ut cruditatem inco-
ctionemque, tum ciborum tum po-
tionis efficit, sic in diuersam par-
tem transmutatio, corpus resol-
uit, & uelut decoctum reddit,
capitisque grauitatem inducit,

* μεταβάλ-
λοιην. μετα-
βαλτέον γάρ
ασ ιηώ κε-
λούω καθίκ. i.

transeunt.
transeundū
enim est, ut
ego præci-
pio,

^a ἔκσιας γε
γράφεται. i.
cuiusmodi
scribentur.

^b ἐφθότητα
i. excoctiōe.

LIBER TERTIVS.

DE VINO.



GIT VR uinum dulce, & uinosum, & album, & nigrum, atque aquam mulsam & aquam, & oxy mel, quātum ad acutos morbos pertinet, his ferè notis distingue re oportet. Dulce quidē uinum, non adeò ut uinosum, capiti gra uitatem affert, & minus tentat mentem, nec ullum aliud tamfa cile per intestina descendit. sed ie cur, & lienem in tumorem attol lit: ac ne his quidem utile est, in quibus amara bilis exuperat. Nā & his sitim excitat, & superiorem intestinorū partē inflat. inferiori uero intestino, qd' ad flatus rationem attinet, non adeò infestum est. Sanè flatus, quem dulce uinū excitauit, non facile perme

Æsopus.

παντες οι
λοισι. —

πάντες τὰ
άγα.

at, sed in præcordijs diu commo-
 ratur. Vrinam oīno minus hoc,
 quam album uinosum que ciere
 potest. At nullum aliud efficaci-
 us promouet sputum, nisi quum
 sitim induxerit, tum enim minus
 quam cæteras putum euocat. ubi
 uero non excitat sitim, omni alio
 efficacius screatum iuuat. Vini
 albi uinosis, tum laudes tum uitu-
 perationes, in dulci uini enarrati-
 one magna ex parte continentur.
 ipsum enim omni alio facilius ad
 uescam transit, urinam ciet* ma- *κοικατηρ
 gnumq; semper auxilium in his επικτικός αἰτι
 morbis afferre solet. quamuis e- 1. perpetuo.
 nim, quod ad reliquos usus per- purgans.
 tinet, ab alio uino superetur,
 quia tamen per uescam purgat,
 magnifice liberat, si exhibeatur
 ut oportet. Has igitur de uini
 tum usū, tum noxa coniectu-
 ras, licet per pulchræ sint, maios-
 res nostri ignorauerunt, Fuluum.

αὐτεπιτήσιον
σειστέροις
τοῖς ἐπέροις
περιφυγέναις

* εἰ καρπίβαρη μέλο
μά τε εἴναι &c. Si
neq̄ capitis graui-
tas adfuerit, neq̄
mentis concussio,
neque sputo via
precludatur, neq̄
urina retineatur.
Excrements autē
& humidiora, &
ramentosa magis
fuerint. In huiuscē-
modi enim ab al-
bo demigrare o-
portet, & quae his
similia sunt.

* τὸ μῆτραν τὰς
τα &c. Superiora
quidem omnia &
uiscicam.

uinum, & nigrum austерum
eundem usum habere censem
rem in acutis morbis, * nisi
capitis grauitatem induce-
rent, & mētem attingerent,
atq̄ sputi urinę que exitum
impedirent. Cæterum à uī-
no albo, alijsq̄ id genus nō
maxime abstinentiam est
quum alui excrements, &
mollia, & ramentosa fuer-
int. Id uero neminem late-
re debet, quod superiores
& inferiores corporis par-
tes, ut minus lœdit uinum d-
lutum, ita meracius intesti-
nis magis auxiliatur.

DE A Q V A M V L S A .

AQua mulsa per totum mor-
bi acuti decursum epota, his
qui amara bile abundant, & qui
bus tumida sunt uiscera, minus
conuenit. quanq̄ ipsis non aded-

* εἰ καρπωρίν μὴ
μᾶς εὐ εἴη &c. Si
neq; capitis graui-
tas adfuerit, neq;
mentis concussio,
neque sputo uia
precludatur, neq;
urina rerineatur.
Excrementa autē
& humidiora, &
ramentosa magis
fuerint. In huiusc
modi enim ab al-
bo demigrare o-
portet, & quae his
similia sunt.

* τὸ μέτρον τὸν τάχος &c. Superiora
quidem omnia &
uiscam.

uinum, & nigrum austерum
eundem usum habere censem
rem in acutis morbis, * nisi
capitis grauitatem induce-
rent, & mētem attingerent,
atq; sputi urinę que exitum
impedirent. Cæterum à ui-
no albo, alijsq; id genus nō
maxime abstinentiam est,
quum alui excrementa, &
mollia, & ramentosa fue-
rint. Id uero neminem late-
re debet, quod superiores,
& inferiores corporis pa-
tes, ut minus lœdit uinum di-
lutum, ita meracius intelli-
nis magis auxiliatur.

DE A Q V A M V L S A.

AQua mulsa per totum mor-
bi acuti decursum epota, his
qui amara bile abundant, & qui
bus tumida sunt uiscera, minus
conuenit, quanq; ipsis non adeo

ut uinum dulce, sitim excitat:
pulmonem autem lenit, sputum
mediocriter educit, tussientibus
prodest, quippe quæ abstergēdi
facultatem obtinet, sed plus ui-
scositatis quam oportunum sit,
sputo inducit. Ciet urinam effica-
citer, nisi uiscerum aliquod obsti-
terit. alui biliosa excremēta edu-
cit, quæ interdū uiciosa sunt, in-
terdum magis quam oportet, &
exuperant & spumāt. Id uero bi-
liosis maxime accidit, & his qui
bus intumescūt uiscera. Aqua
multa quo fuerit dilutior, eo effi-
caciorem euocādi sputi uim ob-
tinet, atque pulmonem reddit le-
niorem. Quæ uero minus diluta
est, alui spumosa excrementa, &
supra modum biliosa, & calidio-
ra magis quam dilutior ducit. Quid
uis alias præterea noxas inferat
huiusmodi excrementa. Neque
enim præcordiorum ardore ex-

tingunt, sed excitant, efficiunt
que ut difficulter morbum susci-
neat æger, & membra hincin-
de deñciat. intestina etiam, &
anum ulcerant. Quibus uero auxi-
xilijs ea curare oporteat, postea
explicabimus. Igitur si in huius-
modi morbis, quis aqua mulsa,
pro alia potionē, posthabitūs for-
bitonibus utatur, is ut multa fe-
licissime cōsequetur, ita ferenut
quam sua spe frustrabitur. Ergo
quibus danda uel inhibenda sit,
uel quas ob causas ab ea tempe-
randum sit, magna ex parte iam
dictum est. Sed dānauerunt non
nulli aquā mulsam, q̄ bibētium
uires frangat, maturamq̄ mortē
citet. *Cui erroris occasiōne dede-
runt hi, qui mortē sibi fame con-
sciuerunt. Sunt enim nōnulli qui
pter languē aqua mulsa perinde ac si huius-
modi quandā uim habeat, utun-
tur, sed id perpetuum non est, quip-
pe

* ἐκλίθη δὲ
τὸν σιὰ τὸς
ἀσσοκαρπε-
ρέωντας. i.

Id autē pro-

per se potui data, nisi uentrem
 turbauerit, aqua longe ualentior
 est. Quinetiam uino albo, te-
 nui, imbecillo, non odoro, inter-
 dum ualentior, interdum imbe-
 cillior deprehenditur. Etenim ui-
 nimellisq; puri, si utriusque uim
 consyderaueris, magna est diffe-
 rentia. Nam si duplo plus uini pu-
 ri quispiam biberit, quam linxe-
 rit mellis, longe plus uiriū à mel-
 le, modo uentrem non turbauet
 rit, consequetur, uel hoc argu-
 mento, quod plus subinde sterco
 ris dejectet. Aqua mulsa à ptis-
 sanæ sorbitione epota, uehemen-
 ter replet, & inflat, uiscera que in
 præcordijs lœdit. Ante sorbitio-
 nem autem assumpta non solum
 non adeo lœdit, uerum etiam in-
 terdum magnifice prodest. Co-
 ctum* mel, aspicientibus quidem
 longe præstatius crudo uidetur.
 etenim splendidum, tenue, can-

melicra-
tum.

O

didum & perspicuum. sed quibus ab eo viribus differat equidem non intelligo. Neque enim, si mel bonum fuerit, crudo suauius est.

* & ad ev. se-
pon μέτοιη
i. imbecilli-
us tamē est.

* & minus ab eo stercoris descendit, quamquam neutro horum ad aquæ multæ probationem indigemus. Aliquando tamen cocto melle utendum, maxime si uitiosum, impurum, nigrum, & haud iucundi odoris miel fuerit. siquidem plurima huiusmodi turpitudinis uitia coctio tollit.

D E O X Y M E L I T E .

Potionem ex oxymelle uocato, sæpe numero utilem inuenies in his morbis: siquidem sputum educit, spiritumq; reddit faciliorum. Atque hæ sunt eius occasiones. Quod si uehementer fuerit acidum, modū in sputis quæ non facile redduntur non seruabit. Etenim si retenta educeret,

gutturis ipsum leue & lubricum
 redderet, pulmonem haud medi-
 oriter iuuaret, utpote quod mol-
 liendi uim obtineret: quae si con-
 tingerent, inter maxima nimis
 esset auxilia numerandum. sed e-
 uenit interdum, quum usque adeo
 acutum fuerit, ut non solum non
 possit sputum educere, uerume-
 tiam uiscosius ipsum efficiat atque
 *submerget. Sanè illi potissimum
 sic afficiuntur, qui alioqui perni-
 cioso morbo laborantes, neque
 tusses, neque ea quae intus conti-
 nentur screare possunt. His itaque
 sic se habentibus, ægri uires per-
 pendere, & si adhuc in spe fuerit,
 tum dare ipsum oportet, quum
 uero dare decreueris, ut per quam
 tepidum sit studendum est, ac ne
 que affatim, sed paulatim exhibe-
 bendum est. Vbi uero non adeo fu-
 erit acidum, os & fauces humes-
 cit, sputum euocat, sitim cōpēs

* καὶ οὐλα-
 τικού. Iædat,
 Interpres ui-
 detur legisse
 βατικού.

ἀκροχλια-
 πονο.

scit, præcordijs, uisceribus, cæterisq; id genus partibus amicum est. Etenim mellis, quas prædiximus, noxas prohibet. quippe quod in melle biliosum est, ita re: primitur. flatus præterea illud quidem discutit, & urinam ciet. sed intestini partem imam laxat, & ramenta elicit. At qui in acutiis morbis inutiliter nonnunquā exhibetur. præcipue uero, quia non solum flatum cohibet, uerum rursus ipsum reuerti cogit, uires frangit, & membrorum extre mas partes infrigidat. Atque

* Oxymeli hæ sunt, quas equidem nouerim, tis.
 * aceti mulsi noxæ, haud indignæ quæ literis prodantur. Huius quidem potionis paulum noctu, ac iejuno, ante uidelicet sorbitio nē, recte propinatur: quamquā nihil prohibet ipsam à sorbitio quoque bibere, modo longum in terueniat spacium. Porro qui in

uictus ratione sola potionē, post
 habitis sorbitionibus, utuntur,
 ijs ipsum non semper exhibere
 conuenit, uel ob hanc maxime
 causam, quod intestina abradit,
 & exasperat, utpote tum nihil diuexat.
 steroris continentia, & quidem
 uacuis iam uenis, atq; fractis ab
 aqua mulsa uiribus. Quod si per
 uniuersum morbi decursum, ab
 hac potionē, eaq; multa, præsidiz
 um aliquod expectaueris, paukū
 acetii infunde, tantum uidelicet
 ut gustanti duntaxat sensum mo
 ueat: sic enim citra noxam, debis
 ta auxilia præstabit. Cæterum
 acuta uis acetī, ut suinmatim dis
 cam, his magis quibus amara,
 quam quibus atra bilis exupe
 rat, conferre solet. quippe amara
 ab ipso dissoluuntur, & agitan
 tur, ac in pituitā degenerant.
 Atra uero bilis in massam attol
 litur, & multiplicatur. Nam ace
ρυθμού, fer
mentatur.

* ἀναγωγὴν,
educit.

tum atram bilem* parit. Mulieribus autem longe magis quam uiris aduersatur, utpote quod ute-
rum dolore cruciat.

D E A Q V A .

AQua in acutis morbis potui-
datur, nec aliud ab ea præsi-
dium petendum censeo. Neque-
nim in peripneumonia tussim se-
dat. nec est alia potio, quæ minus
sputum producat, si* crebro quis
eam biberit. Sanè si inter oxy-
mel & aquam mulsam, aqua mo-
dice bibatur, sputum euocat. si*
quidem potionum qualitatem,
facta inundatione transmutat:
alioqui neque sitim sedat, sed az-
marescit: bilem etiam parit in his
qui suapte natura biliosi sunt.
præcordijs infesta est. Quum ue-
ro* uacuo etiam dum uentriculo
in uerba in ua ingeritur, ut longe pessima, &
euitatem. summe biliosa redditur, ita uires

* διατρέψεις,
semper,
prosperus.

* πλημμύραι
δια. humo-
ris copia.

* εἰσκενέ-
τη. δι. in ua

maxime prosternit. Lienem & ie-
 cur, ubi inflammatio infestat, *at ~~καυξητικόν,~~
 tollit, fluctuat, supernatat, tarde auget.
 transmittitur, utpote frigida, &
 coctu difficultis, non dicit aluum,
 nec ciet urinam: atque ex eo quo
 que uiciosa est, quodd steroris sua
 pte natura expers est. Quod si re-
 frigeratis aliquādo pedibus quis
 eam biberit, ex iam propositis
 noxis omnibus illa multo gra-
 uius ipsum afficiet, ad quam fu-
 erit procliuior. Vbi uero in hu-
 iusmodi morbis timueris, ne uel
 caput uehementer grauetur, uel
 mens tentetur: tum uel aquam,
 uel uinum aquosum, ^ & album,
 & haudquaquam odorum ex-
 hibere oportet: deinde paulum
 aquæ superbibere. Sic enim uini
 potentia non tam facile caput &
 mentem attinget. Sed in qui-
 bus affectibus, aqua potui dan-
 dasit, & quādo plurima, & quā-

^a Galenus
 uidetur le-
 gisse καρπέον
 flauum.

domodica, ac ubi frigida, & ubi calida, partim iam diximus, partim uero suo loco dicemus, Ceterum de potionibus quæ fiunt ex hordeo, herbis, uua, uel eius coticibus, tritico, cneco, myrtis, malo punico, uel ex alijs quoque rebus, quādo ipsis uti conueniat, seorsum a singulis morbis dicemus, ad quem locum composita quoque medicamēta seruamus.

DE BALNEIS.

LAUACRI USUS IN PLÆRISQ; MORBIS CONFERT, ID'QUE IN ALIJS QUIDEM MORBIS PERPETUUM EST, IN ALIJS MINIME. SED RARO UTUNTUR EO HOMINES, QUOD IPSUM PRÆPARARE NESCIUNT: QUIPPE IN PAUCIS ADMODUM DOMIBUS, UEL INSTRUMENTA UEL MINISTRI APTI INUENIUNTUR. & NISI EXACTA CURA INTERLAUANDUM ADHIBEATUR, HAUD MEDIOCRE PROUENIET A LAUACRO MA-

lum. Etenim tegmine indiget æ-
 ger cui fumus non accedat: item
 aquæ abundantia, & crebra loti-
 one, sed quæ non sit impetuosa,
 nisi res ipsa ita exigere uideatur.
 Ac neque abstergere eum opor-
 tet. quod si abstersionis usus ali-
 quando inciderit, calorifico ali-
 quo, eodem' que multiplici sim-
 gmate, * pro ipsius consuetudine,
 utendum est. Perfundere uero ce-
 leriter multam aquam oportet.
 Via ad solium breuis sit, ut & ac-
 cessum, & exitum faciliorem præ-
 beat. Is uero qui eluitur ^{decen-}
 tem compositum' que gerat cor-
 poris habitum, atque taceat, ac
 ne ipse quidem quicquam faci-
 at, sed alij perfundant & abster-
 gant. deinde temperaturas mul-
 tas præparent, & celeriter perfu-
 siones ipsas expediant. Spongia
 pro strigli utantur, uehementer
 exiccatu non ungant. Caput ad-

hibita spōgiā tergēdū, & quan-
tum maxime fieri potest, siccādū
est. Extremæ membrorū partes,
& caput, ac reliquum quoq; cor-
pus, à frigoris iniuria tueri dez-
bet, Neq; lauacro cōmittēdus est
is, qui nuper uel sorbitionem uel
potionē sumpsit, ac ne à lauacro
quidem illico uel sorbere, uel bibe-
re cōuenit. Magnopere tamen la-
boranti indulgendū est, si quū
bona adhuc esset ualetudine, uel
amauit lauacrum, uel elui consue-
uit. Quippe qui maiore lauaci
desyderio tenentur, iñ maius in-
de præsidiū ferunt, adeo quòdla-
duntur quoq;, nisi lauentur. Pe-
ripneumoniæ magis quam ardo-
ribus auxiliatur lauacrum, nāq;
lateris, pectoris, & dorsi dolore
mitigat. sputum maturat, & edu-
cit. spiritum facilem reddit, fati-
gationem lenit, articulos, & am-
bientem cutem emollit, urinam

ciet, capitis grauitatem soluit, na
res humectat. Tanta ex lauacro
proueniunt commoda, quibus
nimis omniibus indigemus.
Quod si in apparatu, uel in reu
nica uel pluribus quoque* pecca
* cunctis i.e.
tum inciderit, tantum abest ut defectus.
prosit, ut etiam noceat: nam
quidquid à ministris improbe
præparatum est, id citra noxam
esse non potest. Qui per morbos
citatore sunt alio quām fuerit
opportunum, aut quibus supra
modum aluus astricta, non duci
tur, iij lauacro committi non des
bent. ac neque iij, quibus imbecil
iae sunt vires, aut qui fastidio, aut
uomitione affecti sunt, aut qui bi
liosa ructant, aut quibus sanguis
è naribus profluit nisi minus,
quā occasio expetit: effluat. Nec
ignorare debes occasiones. Ete
nim si occasionis respectu, exi
guus est fluor, abluendus est

*τῆς ἡμέρης
i. quotidie.

æger , siue uniuersum corpus , siue caput dumtaxat , ita iuuarii deatur . Igitur si singula com mode parata sunt , si æger citra noxam lauacrum subire potest : quotidie lauandus est . Quod si præterea lauacro delectatur , eū si * bis quoque laueris , non lædes . Satius uero est eos lauacro uti , qui integrā ptisanam , quām qui solum cremorem eius assūmunt : & si his quoq; nōnunquā usui est . Qui uero potu dumtaxat utuntur , minime lauacrum subeant , quanquam horum non nulli ab ipso arcendi interdum non sunt . Coniçere itaq; oportet ex his quæ supra demonstravimus , quibus lauacrum , & in quo uictus genere , auxiliari pos sit necne : si enim quidpiam eorū quæ ad lauaci bonitatem pertinent , deest , quāuis nonnihil p̄ fidij à lauacro speraueris , lauas

ritamen nō oportet. Quod si nihil horū deest, uideatur quā ex notis quibusdam usui fore, tum lauari conuenit.

LIBER QVARTVS.

DE ARDORE.



* ENAE æstiuo tēpore exiccate auellunt ad se se acrem bilosam quā saniem. Unde & uehemens febris oritur, & corpus fatigatione oppressum laborat et dolet. Accidit autem magna ex parte, & ob longa itinera, et diutinam sitim, quum exiccatæ uenæ, acres, calidasque fluxiones alliciunt. quocirca lingua fit scabra, arida, & prænigra: uenter torminis cruciatur: alui sedi-

* καῦο. Qdī γικται &c. i. febris ardens fit cum uenulæ.

* πιχώραι, i. tenues humiditates.

* θεωρητικόσσεούρος πιχώραι, i. ueluti a lassitudine ossaria. uel, ut Galenus expavit, ulcerosa, habitudinum.

minaliquida sunt & pallida, ue-
hemens sitis cruciat, somnus ne-
quaquam accedit, interdum mēs
quoque turbatur. Huic & aquæ,
*& vīdāpīs, & & aquæ mulſæ coctæ, *quantum
aquosæ. uoluerit, potui dabis. Quòdſſi

amarulentum fuerit os, tum &
uomere, & aluum eluere conue-
nit. si uero ne ab his quidem solui-
tur, ex asinæ cocto lacte purga-
to. Nihil uel ſalſum, uel acre exhi-
bendum eſt: non enim descendet.
Sorbitiones, donec morbus de-
cretorios dies præterierit, nō da-
to. Quum ſanguis ē naribus flu-
xerit, sudores ſe decretoriū & le-

^{μιτ' ζρων}
&c. cum ur-
nis albis,
crassisq; &
leuibus sub-
ſidentijs.

gitimi fuerint atque inurina al-
ba quædam & crassa & leuia
ſubſederint, aut ſi alicubi appa-
ruerit abſcessus, ſoluīt affectio.

Quæ ſi nullo horum apparente
ſoluta fuerit, uel iterum reuerte-
tur, uel coxam, aut crura dolor in-
ſtabit, & crassa quædam expu-

et, si uidelicet bonæ ualeitudini restituui debeat.

Ardoris aliud genus, aluus soluta est, uehemens sitis, lingua scabra, arida, falsa, urinæ defectus, uigiliæ, extremæ membrorum partes frigidæ. Huiusmodi ardor non^x finitur, nisi aut ex naribus fluat sanguis, aut ceruici abscessus, aut cruribus dolor susperueniat, atq; crassa sputa quis excreet, id quod astricta aluo sollet accidere, aut coxæ dolor aut genitalium liuor appareat, aut testiculus intendatur: atque hunc modo solutam aluum ardor comitatur, Sorbitiōes attractivas dato. In acutis affectibus sanguinem detrahe, si uehemens uideatur morbus, et infirmus ætate floreat, abundet in viribus. Igitur si angina fuerit, siue alius quispiam morbus, ut costalis, ecligmate etiam non purgato. Quod si ob multi

sanguinis missionem, uires pro-
 stratum iri timueris, tertio quo-
 que die clysterem aluo injice, do-
 nec in tuto fuerit æger, & fame in
 * μάτων ἀπό-
 λήσει. non
 spirituū in-
 terclusione
 ὁροντοίς
 spirandi ni-
 si stantibus
 difficultates
 " αὐτοφαί,
 collectiones
 interpretat
 Galeus.
 so

digeat. Inflāmata præcordia* se-
 ptum transuersum non ab inclu-
 sis flatibus intentum, uel ob fla-
 tum quoq; præsentia, arida* su-
 spiria, quibus pus nō subierit, sed
 ubi flatuum clausura huiusmodi
 affectus fiūt, potissimum uero ie-
 coris dolores, lienis grauitas, ac
 reliquæ inflammationes: item se-
 pti transuersi dolores, & morbo
 rum conuersiones solui non pos-
 sunt, si protinus ab initio medica-
 mentis curationem aggrediaris.
 Nam præcipuum in his proposi-
 tum est in primis sanguinem de-
 trahere, deinde clysterē exhibe-
 re, idq; si magnus uehemens'que
 fuerit morbus. Si uero non ita ue-
 hemens fuerit, medicamento cu-
 retur, quod tute, moderateq; mis-

so prius sanguine, adhibēdū est.

Qui statim inter morbi initia inflāmationes medicamento sol uere conant̄, ij à distenta, inflam mataq; parte nihil auferūt. affezctus uero, utpote crudus, non remittit, ac partes sanæ & morbo resistentes, colliqueſcunt: quocirca morbus imbecillum iam corripus uincēs, curationi nō obedit,

Sī repēte q̄s obmutuerit, is uenarum cōclusione molestatur: si sano homini sine occasione, ac si ne alia uehementi cauſa, acciderit, dextri brachiū internam uenam ſecare oportet, & pro habi-
tus ætatis q̄s ratione, ſanguinem detrahere, cōſyderando exupεrantiā atq; defectum. Porro ſic affectis, huiuscemodi quoq; cauſus eueniūt. faciei rubor, oculorū constantia, manū* incōtinētia, dentiū stridor, pulsus, maxillarū contractio, extremerū partiū fri-

* diſasāone
i. porrecio-
nes.

*τωνδιαδικήσεων. i. sp̄. tuū intercep-
 tiones. Gālenus id eē dicit ἀπόφυ-
 γίαν. i. pul-
 sus carētiā.
 *τωνδιαδικήσεων. i.
 stationem.
 i. uertigi-
 nes.
 *τωνδιαδικήσεων. i. comulsio-
 nes.
 *τωνδιαδικήσεων. i. sp̄.

gus, * flatum in uenis cōclusio.
 Superueniēte ab atra bile dolore, acriq; ruēte fluxione, internæ
 partes mordicus dolēt, uenę uel
 licatæ aridioresq; factæ tēdunt,
 & inflāmatæ alliciunt ad sese ea
 quæ affluunt. quam ob rem cor-
 rupto sanguine, ita ut spiritus in
 ipso nequeant naturales meatus
 pertransire, frigora ob plenitudo
 dinem eueniunt: itē obtenebra-
 tiones, taciturnitas, capitis gra-
 uitas, * neruorum distentiones, idq;
 prēcipue si iam uel ad cor, uel ie-
 cur uel uenā puererit. Hinc igit
 comitiales morbi, & attoniti p-
 ueniunt, si in cōtinentes sedes in-
 ciderint fluxiones, spiritu' que-
 gredi nequeūte, arescant. Qua-
 propter statim ab initio, adhibi-
 to prius fomento, sanguinem de-
 trahere oportet, dum adhuc os-
 mnia infestātia, tū flatus, tū flu-
 xiones suspēduntur, sic enim fa-
 tus.

cilius uincuntur remedij. Deinde reficere, atq; habita iudicationis ratione, nisi sursum ferat, medicamentis purgare. Quod si aluus astricta fuerit, clysterē injice, & coctum asinellac exhibe*, *καὶ ποτήρω &c.i. batiq; non minus duo decim hemis.

DE ANGINA.

Angina fit, quum hyeme aut auere, multa eadem'q; uiscosa fluxio ad iugulares uenas descendenterit, quæ quidē, utpote amplæ, plurimū ad sese spiritum conuellunt. Quum itaq; fluxio quæ frigida, uiscosa'q; est, & spiritus, & sanguinis meatus obstruxerit, quicquid sanguinis proximū est, figit, ipsum uero immobile, constatēm'q; efficit. quippe q; sua pte natura refrigerādi, obstrueri dīq; facultatē obtinet. Proinde suffocantur ægri, lingua liuente,

rotunda, & incurua, ppter subditas ei uenas. Precisa enim uua, quam nonnulli columellam uocant, utrinque crassæ apparent uenæ, quæ ubi impletæ sunt, linguae, quæ ob siccitatē rara, fistula losa est, innituntur. Hæc deinde ui coacta, ex uenis humorem suscipit. quā ob rem latitudo in rotunditatē, coloris uenuſtas in liuorē, mollities in duritiem permutatur, ut quæ facile antea flesctebatur, curuari nequeat. Itaq; celeriter iugulat, nisi p̄tinus iuxteris, sanguinem ex brachijs detrahēdo, deinde uenas sub lingua secare, medicamēto quod trahēdi uim habeat purgare, calida gargarismata exhibere, caput

*στενήν τε
πέλωρ ήσθι
μελικρητόν,
μη τυχαὶ.
aquam &
multam nō sam, sed nīe hanc qdē frigidā, po-

radere, eidēq; atq; ceruici ceratū imponere, lanis inuoluere, molli spōgia ex aqua calida expissa fo- uere, aquā *egelidā, & aquā mul-

frigidas.

rui dare, iusculum quoq; tum exhibere oportet, quū iudicato īā morbo, in tuto fuerit æger.

ALIVD. ANGINAE GENVS.

QUAM per æstatem, aut auctumū, calida fluxio à capite destillauerit, ea'q; nitri qualitatem imitetur, fueritq;, ut ab anni tēpore, acriis & calida: hæc quū huiusmodi fuerit, mordet, ulcerat, spiritu implet, orthopnoeam, & ariditatē uehementē inducit. Partes autē, quas uisus cōsequi potest, * tenues apparēt. tendines ceruicis posteriores adeo intēdunt, ut rigidi uideantur. vox abrūpitur, spiritus paruus est, spiratio densa uiolenta'q;. Atq; sic affectis arteria ulcerantur, pulmo ardet. Nanque externum aërem attrahere non possunt. Itaque nisi sua sponte in exteriores partes huiusmodi affe-

* Non tu-
mentes.

οὐ οἴηται
γάρ.

ἥ αγνιστα-
εις τὸ τονός
ματις τοι-
κυδι. reuul-
sio spiritus
frequens.

ctus efferat, grauissimū ineuitabilep periculum comminatur. id'que propter anni tempus, & quod à calidis acribusp cōstat humoribus. Si febris aliquem inuadit,^{*} uetere nondum deiecto stercore, aut nup accepto cibo, siue lateris dolor infestet, siue non, quieti permittendus est, donec ad imum uentrem cibus primum descenderit, ac subindeascetum mulsum in potu sumat.

Quum uero grauitas ad lumbos usqe descenderit, tum uel clysterem exhibere, uel medicamento purgare conuenit. mox à purgatione uictum instituere, atque in primis sorbitonem, deinde aquam mulsam, postremo cibos, pisces uidelicet elixos exhibere, & uinum dilutum id'qe exiguū, atqe noctu dūtaxat: interdiu uero aquam mulsam dilutā. Si flatus foetidi fuerint "balneū conuentant.

* *παλαιός.*
&c. i. uetere
stercore de-
scendente.

^a *Oxymeli*

^b *βαλάνω. i.*
balanus,
glans. sup-
positorium
barbari uo-
cant.

nit aut clyster,* nisi acetum mul- * ut de μή.
 sum e potum obſtiterit, donec ad ιπποτερη
 imū uentrē descēderit: tum enim
 aluū ducere, iniecto clyſtere ni- ὀξυμελιτω-
 hil phibet. Vbi ſoluta aluo, ar- νούτα. i. fin
 dor acciderit, uideatur c̄p medica minus, tan-
 mentum poſſe conſerre, id intra tis per inhibi-
 tres dies exhibendum nō eſt, ſed xymeli bi-
 quarto. Quū à uacuatione for- bat.
 bitiones exhibere uolueris, ob-
 ferua febriū acceſſiones, ut neq;
 quum adſunt neq; quū uenturæ
 ſunt, eas ingeras, ſed quū iam fi-
 nitæ ſunt, aut conqueuerunt, &
 quum maxime ab initio diſtare
 uident. Cæterū pedibus frigore
 affectis, neq; forbitionem, neq;
 aliud quicquām dato, ſed maxi-
 mū te pr̄ſidiū attuliffe putato, ſi
 donec p̄calfacti fuerint expecta-
 ueris, deinde ſic utile quidpiam
 exhibueris: ſi quidem refrigerati
 pedes magna ex parte iā affutu-
 rā febris accessionē ſignificant.

Quo tempore si cibum ingeſſeris, omnia maxime errore turbabis, ut qui non parum auxeris morbum. At quum febris quiescerit, tum econtrario pedes reliquo corpore ſiūt calidiores. Autem enim febris pedes ipſos refrigerat, atquē ex thorace incensa, mittit flammarum in caput, igitur uniuerso calore confertim ſuperiores partes petente, euaporanteq; in caput, nihil mirum eſt, ſi pedes in frigidantur. quippe qui ſuapte natura ut carnis exptes ſunt, ica neruis abundant, ac nō parum diſtant à calidis ſedibus. itaq; collecto in pectore calore ipſi refrigerant. Sic haud abſimi li ratione, uicta, quiescenteq; febre calor in pedes deſcendit, atq; hoc tēpore, & caput, & pectus refrigerantur, ac tum cibus dan-
dus. Cuius rei cauſam ſic acci-
pe. Nā occupante pedes frigore,
uentri

uentriculum calidum, & fastidio
affectum, atq; præcordia intensa
ta esse necesse est. quinetiam cor-
pus ob internam turbationē ias-
tatur, mēns suspēditur, dolores
infestat, æger^{*} distrahitur, uome-
re affectat, quumq; uitiosa quæ-
dam uomuerit, dolore affigitur.
Ergo quum in pedes calor descē-
derit, nisi sudare uideatur[†], emis-
so prius lotio, [‡]sorbitionem dare
oportet, alioq; perniciosam. Qui-
bus per febres aluus assidue so-
luta est, n̄s utilius est pedes calfa-
cere, ceromata adhibere, & fa-
scijs inuoluere: nec unquam com-
mitte ut reliquo corpore ipsi sint
frigidiores. ubi uero calent, calo-
rificis opus nō est. sed ne infrige-
scant cauendum est. deinde uel a-
qua frigida, uel aqua mulsa, eaq;
per exigua, potui dāda est. Febri-
citantes nō pauci, quibus aluus
liquida est, et mēs turbata, flocos

*Ελκεται.
lancinatur.

^{πάντα λω}
¶. omnia
cessant. Eo
igitur tēpo-
re sorbitio-
nem dare o-
portet, alias
enim perni-
ciosa est.
† ογρή. hu-
mecta.

decerpere, nares fodere, interrogati paulum respondere, neque sua sponte quicquā aptum dicere solent. Hæc, ut opinor, ad atrabilem pertinent. quibus in hunc modum se habentibus, si ob aluum solutam homo consumi uidetur, sorbitiones, mea quidem sententia frigidiores, crassioresq; potiones uero reprimentes, & magis uinosæ, aut astringentes exhibēdæ sunt. Quibus inter febrium initia, uertigines & capitis pulsationes accidunt, fuerintq; urinæ tenues, ijs febris impetus apud iudicationem expectandus est. quod si tum delirant, nihil mirandum est. Quibus incipiente morbo urina crassa est, aut ueluti nubeculæ in ipsa suspenduntur, eos purgare conuenit, si nihil aliud obstriterit. Qui uero tenues urinas ab initio minguit, medimento purgandi non sunt, sed

¶ Ηρφελεσθ
δέα, nebulo
ſæ.

clysterem exhibendo, eos curare in hunc modum oportet. corpus quieti permittere, mox & ungere & æqualiter * componere, aquam mulsam dilutam potui dare, ad uesperā ptissanæ cremo-
* περιστάλλητα, conte
gere, coope
rite.
rem sorbere, aluum ab initio cly-
stere ducere. Sed medicamentum
eis dandum non est. si enim al-
uum citaueris, non maturabitur
urina, sed febris diu sine sudore
permanebit, & post lōgum quo-
que spacium finietur. Neque sor-
bitiones per tumultum, quum sci-
licet proxima fuerit iudicatio,
dare, sed donec inclinetur, & in-
melius tendat febris, eas seruare
oportet. Omniū præterea febris
um iudicationes confyderandæ
sunt: nam eo tempore, ut iam dis-
dicisti, sorbitiones sunt auferendæ.
Si longæ fuerint huiusmodi
febres, ægri ab scessu haberes so-
lent, idq; si aurum imæ partes,

* ἀσθετικ. i.
graves, im-
placidæ.

ceruixq; frigescat. Si uero non af-
ficiantur frigore, alia erit febriū
mutatio. nā et sanguis fluet è nari
bus. & uentres eorum turbabun-
tur. Quibus* molestæ febres sunt
& præcordia tenduntur & incus-
bili continere in eodem se positu
nequeunt, atque extremæ mem-
brorum partes infrigidantur, ij
multa omnino diligentia, & ac-
curata obseruatione indigent. at
quesic educandi sunt, ut nihil ali-
ud quam acetum mulsum eis ex-
hibeatur. sorbitiones nequaquam
offeras, donec morbus finiatur
& maturetur urina. in obscuro
cubiculo decumbere debent, &
firato perquam molli : diu eun-
dem positum tolerare, & haud
quaquam sese iactare, quo præ-
sidio nullum aliud salubrius est.
Deinde præcordia ex lini semine
linere, cauendo ne dum illinun-
tur, frigus horrorem citet. ipsum

uero tepidū esse debet, quantum
 maxime potest, Coquitur aut ex
 aqua & oleo. Quid autem futurū
 sit, ex lotio conspicere oportet. ut
 enim crassum pallidumq; melius
 est, ita peius est id quod uel candi
 cat uel nigrum est. Varium uero
 lotiū, diuturniorem fore morbū
 significat, cuius inæqualitatem,
 modo ad peius, modo ad melius
 conuerti necesse est. Inconstantes
 febres finere oportet, donec* in
 ordinem redigātur. deinde & ui-
 ctus rōnem & aptā curationē eis
 opponere, non neglecta naturae
 contēplatiōe. At quia uariæ sunt
 ægrotorū facies, animaduertat
 medicus ne ullę ipsum occasiōes
 lateāt, siue ad cōsyderationē illæ
 pertineāt, siue ad numerū uel pa-
 rem uel imparē referantur. Maxi-
 me uero impares dies metuendi
 sunt, qui uidelicet ægros in diuer-
 sas affectiones distrahere consue-

* sāoin.com
tent.

uerunt obseruādus itaq; primus dies est quo debilior factus est la-
borans cōsyderando initium, ex
quo & unde acciderit, id em̄ præ-
cipuū esse putat quod scire oportet. Itaq; interrogando ipsum,
hæc omnia perpendere debes: In
primis quidē capit is affectionē,
an dolore, grauitateq; infestetur,
deinde præcordia & latera: hæc
quidē, nullo' ne' dolore cruciētur,
illa uero, num laborēt, aut suspen-
dantur, aut intorqueātur, aut sa-
tietate grauētur, an latus doleat,
an simul cū dolore tussis, aut tor-
mina, uel uentris dolor infestet.
Quod si horum quidpiā accide-
rit, potissimum in præcordijs, al-
uus soluenda clysteribus est, &
aqua mulsa eaīq; cocta calidaq;
potui detur. Præterea discrete os-
portet, an exurgentē animus de-
ficiat, an spiritus facile ferat. Ad
hæc alui quoq; sedimina inspice;

re, an nigrō admodū colore infestasint, an syncerasint, qualia scilicet sanus deīcere consueuerat.
an febris tertio quoq; die magis irriteat, quippe in his morbis accurate cōsyderādē sunt huiusmodi tertianæ afflictiones. Quinetiam alia quædā aspicere oportet.
Nā si dies quartus, in aliquo iā dictorū, tertio fuerit similis, scire licet infirmum in periculo uersari.
Sūt præterea alia signa, ut nigra excremēta, quæ morte: si uero per omnes dies qualia in sanitate deīciebātur, appareat, bonā ualeturnē denunciāt. Si dū glans superponitur aluus non obedit, sed spiritus facile fertur: si ægrū, siue erectus in sede, siue in ipso quoq; cibili iaceat, animus deficit: hæc siue mari siue fœmine acciderint, futurū deliriū expectato. Manus etiam considerandæ sunt, quæ si tremunt, sanguis ex naribus fluit.

xurus est. Deinde nares quoque aspiciantur. nam si æqualiter per utrasque multus spiritus trahit, nero virorum ferè distentio superuenire solet. Id ubi acciderit, in propinquuo morte esse testatur, quā prædixisse per pulchrum fuerit. Si hyemali febricula laboranti, lingua* scabra fit, animusque deficit: quāquam quietior febris vis detur, nihilominus tamen impetrari debet inedia, ab aqua quoque, & aqua mulsa, atque cremore arcendus est. febribus enim quibus hæc accedit signa, haudquaquam fidendum est, utpote à quibus mortis periculum pendet. His igitur accurata per pensione consideratis, in hunc modum, si placet, præfigire poteris. Quum vero terrificum quidpiam febribus superuenerit, fuerint que ipsæ "quintanæ, & alius de repente liquidaquædam excernit, accessit q

*τραχεῖη.
aspera.

Quinto
die.

ditq; animi defectio & taciturnitas,^{*} & neruorum distētio, & sin-
 gultus, ab his angor euenire so-
 let, ac sudor circa mustacē, fron-
 tem, & ceruicem ab occipitio.
 Qui sic affecti sunt, paulo post
 inflati morientur. Quibus per
 febres circa crura orta tubercu-
 la, tractu temporis non maturan-
 tur, perdurante etiamnum febre
 si faucibus ^{*} iam pridem extenua-
 tis suffocatio accesserit, neque ex-
 tincta fuerint tubercula, ijs solet
 sanguis ē naribus fluere: qui si
 plurimus eruperit, morbum sol-
 uit: si uero non ita multus, lon-
 gum fore morbum significat: &
 quominus fluxerit eo peior, &
 diuturnior erit ægritudo. Vbi ue-
 tro cætera quidem securissima
 fuerint, pedum dolores expectā-
 disunt. Pede itaque sic affecto, si
 assidue dolens inflammetur ne-
 que leuetur dolor, paulo post ad

^{*} ασθεν-
ης, conuul-
lio.

^{*} ασθετική.

^{*} ανθεμίω
θύτες, i. spiri-
tuosi.

^{*} non tumē-
tibus.

^{*} εύσα, facil-
lima.

καληδα. clā ceruicē, *iugulū, humerū, pectus,
 uiculam. articulū. nam et in hoc tuberculā
 expectari debēt, dolores perueni-
 ος, ent, Quibus extictis, si manus ul-
 conuulsio. cerātur, aut tremiscūt, ^neruorū
 distētio & delirīū supuenit, insu-
 φλυάνα, percilijs pustulæ, ruboresq; na-
 bullæ. scuntur, gena altera ad alterā ex-
 latere germinat, dura inflamma-
 tio infestat. oculus uehemēter tu-
 met, deliriū ualde intēditur. Atq;
 delirij signa, noctu magis, quām
 interdiu notantur. Atq; huiuscē-
 modi signorum plura, diebus im-
 paribus magis q; paribus depre-
 henduntur, quanquā utrolibet e-
 ueniant numero pñicosa censem-
 da sunt. Hos si à principio medis
 camentis purgare decreueris, an-
 te diem quintū id facere oportet,
 si uidelicet murmurauerint*inte-
 stina, nullo uero percepto mur-
 mure, à medicamentis abstinen-
 dū est. Quod si murmurante uen-

* κοιλιν. uen-
ter,

tre, extremita quoq; fuerint his ^{*σκαμμονια,}
 liosa, exhibito^{*} Scāmonio^o modi
 cepurga. deinde, quod ad reliquā ^{μετριως.}
 medicriter
 curationē pertinet, potiones, for-
 bitionesq; exiguae offerēdæ sunt,
 quo melius ualeat infirmus, nisi
 fortasse diem decimū quartū ex-
 cesserit. Quū febricitans aliquis,
 die decimoquarto obmutuerit, is
 non solet celeriter aut solui, aut à ^{"ἀλλα χρ-}
 morbo liberari: "quū uero eadē ^{υπ τῶ τοιῶ}
 die apparuerit, longius procedit.
 Si febricitanti quarto die lingua
 conturbata quedā differit, & al-
 uus excernit biliosa, et liquida, is
 fere delirabit. Sed accurata obser-
 vatione cōsyderāda sunt ea quæ
 accidunt^{*} tū æstate, tū autumno,
 idq; in morbis acutis. Nam si san-
 guis subito destillauerit, robur &
 uenarum inflammationem de-
 clarat, & quod postero die urinæ
 tenues apparebunt. quod si tū ui-
 geat ætas, fueritq; corpus ob ex-
<sup>Initium
est sequētis
clausulæ.</sup>
<sup>A estate, &
autumno in
morbis acu-
tis sanguinis
repētina de-
stillatio.</sup>

ercitationes bene corporatum,
aut melancholicum, aut manus
ob potationem tremulæ, haud
absurdum fuerit, aut delirium,
aut^{*}neruorum distentionem præ
sagire. Id uero salubrius est si pa-
ribus eueniat diebus, quippe in
decretorijs perniciosum est, nisi
multus sanguis cōfertim aut per
nares, aut per anum effusus, exu-
perantem plenitudinem finiat,

aut abscessum, uel dolores, præ
cordiorum, testiculorum, aut cru-
rū inducat. Quibus solutis, redi-
duntur sputa fluuntq; urinæ cras-
sæ, leues, candidæ. Si febrentis in-
gultus accidit, ^{*}laser, ^adaicum
tritum ex aceto mulso potui de-
tur, item galbanum ex melle, &
cuminum in eligmate. mox ab
ijs ptissimæ cremorem sorbeat,
quanquam nulla salus per huius-
modi affectum speranda est, nisi
uel sudores decretorij, aut somni-

* $\alpha\pi\alpha\sigma\mu\delta\iota$.
Celsus fe-
re neruorū
distentionē
dicit. Sed cō-
uulsionē re-
ctius quis
uerterit.

^a μετασάσθ
cōmutatio-
nes faciat.
Alias $\omega\tau\epsilon$ -
 $\phi\theta\pi\tau\omega\pi$, co-
cis.

* $\delta\pi\sigma\delta\pi\pi\alpha\lambda$ -
q;is.
^a Oxymerli.

æquales superuenerint, aut urinæ
crassæ, acrescere effluxerit, aut *ap ^{*τοις απωλ-}
paruerit abscessus. Ex cocallo, id ^{σαρών συρίγη}
est, fructu pini, & myrrha eli- ^{i. aut in ab-}
gma eis exhibendum est, sed ace- ^{scessum fir-}
ti mulsi per quam exiguum. quod ^{metur.}
si admodum siti crucientur, aqua
hordei bibant.

DE PERIPNEUMONICIS & pleuriticis.

IN peripneumonia & pleuriti-
de, quam acuta sit febris, con-
syderandum est. item ambo' ne la-
tera, an unum duntaxat dolor in-
festet, an ægre spiritus reddatur,
an tussis cruciet, an sputum edu-
catur, sitib[us] uel rufum uel liuidum
uel tenue & spumosum & floridum,
aut si alias quasdam diffe-
rentias præter iam declaratas ha-
buerit, eas sic diducere oportet.
Si dolor ad superiores partes ex-
tenditur, ut iugulum mammil- ^{κλυδω}

* cubiti, di-
cit Galenus

Iam, brachiū, internā* brachij ue-
nam secare oportet, ab eo uidelis-
cet latere quod dolore fuerit affe-
ctum, & pro corporis habitu, &
anni tempore, & etate, & colore,
sanguinem detrahere, utq; copio-
sior sit purgatio, si dolor fuerit a-
cutus, ad animi defectionem du-
cere. Postea clysterem exhibere.
Si uero sub pectore pleuriticum
dolor uehemēt cruciat, uenter
purgandus est. atq; inter purgan-
dū quidē nihil, à purgatione uer-
o acetū mulsum dare conuenit:
Porro die quarto * purgandum:
sed tribus ab initio diebus clyste-
res exhibere, qbus si dolor leua-
tus non est, tum demum purgare
oportet. Cautetamen obserua-
dum est dum febris soluatur, se-
ptimusq; dies prætereat: deinde
si æger in tuto esse uidetur, tum
exiguum, tenuemq; cremorem,
eum que melle conditum in pri-

^α οὐσιάτω
τὸ θάρακος,
infra sub tho-
race.

"Oxymeli.
* φαρμα-
κούην.

mis exhibere. deinde si facile re-
 ducitur, & bene spirat, & latera
 dolore uacant, paulatim crassio-
 rem, ac liberalius, nēpe eadē die
 bis, dare non erit alienum. Si ue-
 rō non facile liberari posse uideas-
 tur, tum minore potionē, exigua
 sorbitione, & cremore tenui uta-
 tur, id q̄ semel duntaxat, ea uide
 licet hora, qua melius degit: hāc
 uero ex urinis deprehendes. Sor-
 bitio enim in huiusmodi morbis
 exhibenda nō est, donec & urine
 & sputa maturescere uideantur.
 Si medicamento quis^{*} purgatus
 creberrime deiicit, eū parcius, ac
 magis tenuiter alere oportet. is
 enim^o obstante uacuatione, neq;
 dormire, neq; concoquere, ac ne-
 que iudicationes sustinere po-
 test, sed postquam cruditas collis-
 quata fuerit, & quæ restiterūt ab
 iecta, tum nihil prohibebit pleni-
 ore ei cibum exhibere. At uero

+ φαρμακοῦ
θεῖς.

αὐτὸν κατε-
γγέλιον pre-
pter uasorū
inauitionē.

* coctum.

* cæteros & aors.

* concocta

Scire licet sputum tum esse matum, quum duri simile uidetur. urina uero, quum id quod resistet, sicut eruum subrubrum est. Cæterum nihil prohibet ad alios quoq; laterum dolores, tepida fomenta, & ceromata adhibere, atque crura, & lumbos, calido ungere, & pinguedine illinere: præ cordijs uero ad mammillas usq; ex lini semine cataplasma imponere. Quum ad uigorem iam pervenit peripneumonia, nisi expurgetur, in nullo auxilio speradum est, quippe quæ mala est, præferunt si difficulter spirat æger, furentq; urinæ tenues & acres, atq; sudores in capite, ceruiceq; oriatur. Eiusmodi enim sudores mali sunt ob uincentis morbi æstum, impetum, ac uiolentiam, nisi utina multa et crassa eruperit, et sputa matura procedant. utrumlibet enim si sua sponte superuene-

rit, soluendi morbi uim obtinet.

Eligima ad peripneumoniam
Galbanum & cocalus, id
est pinearum nucleus, ex melle at-
tico. Abrotonum ex aceto mul-
so. Item pleuritico Piper, Vera-
trum nigrum coquito, & in prin-
cipio quum infestat iam dolor
dato. Prodest etiam Panace ex
aceto mulso cocta, deinde perco-
lata, & potui data. Similiter &
hepaticis & renūm doloribus,
ac ubi aluus citanda est, aut ur-
na, ex uino & melle. Quæ ubi ad
uentrem exhibetur, magna ipso-
rum quantitas ex aqua mulsa di-
luta in potu sumatur. Sic etiam
sedabis dysenteriam, abscessum,
aliosq; quosdam tumores, nisi
uel in febres uel sudores, apparen-
tibus urinis crassis, albis, diluz-
tis, uel in tertianas uel uarices culū aliqd
transierit, aut in testiculos, aut pariet niū.
crura, aut coxam, dolor tāquam

q 5

* οὐ παρετητὸν χαλάσθαι, in febre biliosa.
* ἔγχος, rigore.

* τίτανος.

* διάφλεγμα, per ueenas.

ad firmam stabilemque sedem permutetur. Si ante septimum diem ⁷⁵ *febricitati superueniat morbus regius simul cum horrore. soluitur febris'. si uero sine horrore, atque extra occasiones siue extra tempora acciderit, perniciē denunciat. Lumborum rigores, ac ob atram bilem factae spirituum interceptiones detracto sanguine soluuntur. Sed quum per tendines uehementer in anteriorem partem retrahuntur, ac ceruix, & facies sudauerit, utpote uellicatis, aridisque ob laborem tendinibus, caudæque uinculis, quæ uidelicet crassiora quum sint, spinam continent, ubi maxima uincula exorta, ad pedes usque tendunt, ibique finiuntur. Qui sic afficitur, si neque febris neque somnus superuenerit, sed sequatur urina coctionem significans, atque sudores de-

cretorij, is uinum Creticum uino
 sum epotet, edat polentam co-
 ctam, cerato ungatur illinatur
 que, crura in * scapha, prius cali-
 da aqua perfusa, ad pedes usq; in
 uoluat. item brachia usq; ad digi-
 tos. Spinam etiā & lumbos à cer-
 uice incipiendo ad coxas, ^ mol-
 lem pellem saliuia subigens, ut ex
 teriores quoq; partes contineat. Molli
 Relictis deinde fomentis, uter a:
 qua calida plenus ac lintheo te-
 ctus adhibeatur. Alius non ad-
 modum soluenda est: satis enim
 fuerit glandem supponere, ubi
 scilicet iampridem fuerit astri-
 cta. Quod si nihil in melius pro-
 ficere uideatur τὸ μόστον. Modi, ra-
 dicem tritam ex uino odorato,
 & Daicum, mane ie uno, ante fo-
 menta, potui dato, id'que celeri-
 ter. deinde polentam coctam, te-
 pidam, liberaliter comedat, bi-
 batq; uinum temperatum quum

σιαλον ἡ-
 κηρῶσας, &c
 le quæ pin-
 guedine &
 cera illita sit
 uelabis, sic
 ut anterio-
 ra etiam cō-
 tineat. & o-
 missis fome-
 tis quæ utri-
 bus fiunt a-
 qua calida
 pſundes, lin-
 theo obuol-
 ucs, & cuba-
 re facies &
 grum.

uoluerit, atqe sic fortasse melius
 * Galenus ualebit. Sin minus, ad præsagiū⁷⁸
 addit, Aut refugere oportet. Morbi omnes
 per uterum, soluuntur, aut per os, aut aluum,
 aut per san-
 guinis e na-
 ribus erupti
 ones. uero species omnibus commu-
 nis est. Veratro purgare oportet⁷⁹
 eos, quibus à capite destillatio
 fertur. Quibus uero uel absces-⁸⁰
 sus, uel uenæ ruptura, uel intem-
 perantia, uel alia aliqua uehe-
 mens causa, suppurationem fe-
 cit, ijs ueratrum haudquaquam
 dandum est, quippe quod tum ni-
 hil præsidiū affert. etenim si ob
 aliam forte causam, æger quid-
 piam passurus est, id omnino ad
 Veratum referetur. Si uero cors
 pus resoluitur, aut caput dolet,
 dissoluatur.
 "στιγμή
 ομρ." aut obstructæ sunt aures, aut na-
 res, aut sputum non redditur,
 aut genua grauitate infestantur,
 aut corpus præter consuetudinē

intumescit: quicquid eiusmodi
acciderit,^{*} siue ob potationē, ue-^{* μιθ'. neq;}
nerem, mœrorem, curas, siue ui-
gilias, quodcunque horum cau-
ſerationem habuerit, ad ipsum
curationē dirigere oportet. Do-
lores qui ab itinere proueniunt,
uel in lateribus, aut dorso, aut lū-
bis, aut coxis, ac si aliquis inter-
spirandum dolet, aliqua habita
occasione, nam ſæpenumero lū-
borum, coxarum que dolores ex
crapula, & cibis inflantibus, pro-
uenire solent, itaque qui huius-
modi accidentibus afficiuntur,
urinam difficulter reddunt. Ho-
rum omniū caufa est iter, ac præ-
terea destillationum quoque &
raucedinis. Sed quæ ob uictus ra-
tionem eueniunt, horum multa
unusquisque, ut in uictu à consue-
tudine maxime aberrauit, ita a-
pertissime declarabit. Etenim q
prandere non confueuerunt, si

prasi fuerint, uenter eorum intumescit, somnolenti redduntur & pleni. Quod si prætereat cœnauerint, uenter ipsi turbabitur. quibus utile fuerit à balneo dormire expergefactis uero circuitione lenta illa quidem, sed crebra, in ambulare: deinde deiectis alui omeribus, paulum uini meraci assumere. Si uero aluus non fuerit soluta, calido unguento corpus ungere debent: mox uinum dilutum, album, aut dulce, si sitiant, bibere, atque sic cōquiescere. Reliqua uero uictus ratio haud secus, quam ubi crapula aliquem læsit, instituenda est. Potiones, dilutæ quidem, tarde permeant, circunducuntur, & supernataant in præcordijs, nec urinam mouent. Qui huiusmodi potionem plenus est, nullum opus, quod uide licet aliquato iam corpore, aut ui, aut celeritate aggrediendum

* ἡν δι μη
&c. Si uero
non dormi-
ant amplius
cōquiescere

* ξωγαθή-
τι, cōposito.

fit, celeriter perficere ualet. Itaque à cibo, donec concoctus fu-
erit, quiescere oportet. Meracio-
res uero, austriores que potio-
nes, corpori * tremorem, & ca-
piti pulsationem inducunt. Pro-
inde sic affectus superdormire de-
bet, & calidum aliquod iuscum-
lum, quod quam iucundissimum
ei uideatur, sorbere. uix enim ci-
tra noxam tolerat ieunium is,
quem capit is dolor & crapula
infestat. Qui uero semel duntas-
xat comedunt, iij imbecilli sunt,
& calidam emittunt urinam, ut
pote præter consuetudinem exina-
niti, os ipsis salsum redditur, et as-
marū, & in quois opere contre-
miscunt, tēpora tenduntur, cœnā
concoquere nō perinde possunt,
ac si pransi fuissent, quo circa mi-
nus quam consueuerunt, bibere
debēt. Et liquidiorē ^amazam, pa-
nis loco assumere, ac ex oleribus

*παλμίν,
palpitatio-
nem.

Rumicem aut Maluam aut Betam, item p̄tissimā. Atq; dum cibā tur, uīnum modicum bibere, idūq; dilutius, a cōēna parum ambulare donec urina defluat et miscant. Neque inutiles sunt eis p̄fices elixi. Cæterū ex cibis hī maxime notantur ut insignes. Allium flatum efficit, pectus calfacit caput grauat, fastidium parit, dolorem qui antea infestare consueuit, irritat, urinam ciet. atq; hæc est eius utilitas, sed tum maxime conducit, ubi quis uel potationi, uel ebrietati indulgere proposuerit. Caseus, flatum inducit & angustiam, cibos accendit, cruditas parit, & coctioni resistit. his uero qui potu se repleuerunt, non aliis cibus nocentior est. Legumina, & cruda & cocta & fricta, & macerata, & uiridia, omnia flatum excitant, quā ob rem, nisi cum alijs cibis, ipsis utēdum

non

* Βρώματα
δὲ μάλιστα
τοιον μάνει.

Cibi autē
maxime ini-
dicia faciūt.

* Aliqui co-
dices habēt
κύισα δὲ βε-
βρεγμένα, ή
χλωρά. i. mi-
nime autē
uel macera-
ta, uel uiri-
dia.

non est. Præterea singulæ species
sua habent uitia. Cicer siue cru-
dum siue frictum, flatum labo-
remq; parit. Lens, non detra-
cto cortice, astringit, * tumul-
tumq; efficit. Lupinus uero ab
horum uicis uel minimis, quam
maxime abest. Laserpich tum
caulis, tum succus, ut quibusdā
maxime, ita inexpertis minime
aluum dicit. Nominatur uero
arida cholera. Id uero potissi-
mum accidit, ubi cum multo ca-
seo aut bubularum carnium edu-
lio miscentur. Quippe bubulæ
carnes atrabilarios excitat mor-
bos. supari enim natura nō po-
test, sed uentrem nō mediocriter
lædere natæ sunt, utpote coctu
difficiles. Quāquā facillime de-
scēdunt, si coctis ipsis, uetustisq;
quis utat. Caprinæ carnes mas-
gis conducere uiderentur, nisi o-
mnia bubularum—carniū—uicia

* ἀπαρν. i.
turbatio-
nē, & uelu-
ti pugnati
quæ in uen-
tre ex cibis
facultate
discrepanti
bus fit, ut
ait Gal.

^aIpsarum.

haberēt. Nam & coctū difficiles sunt, & flatum magis suscitant, & ructū bilem' q̄; pariunt. Iḡtur ut odoratissimæ, & solidæ, & suauissimæ, saluberrimæ sunt, siue coctæ, siue frigidæ: ita iniucundæ, odore graues, & duræ, pessimæ sunt. Nec secus de recentibus dicendum est. Præterea ut per æstatem optimæ sunt, ita per autūnum, ut pessimæ damnantur. Porcinæ carnes, siue subcrudæ, siue ambustæ sunt, malæ sunt. Nam & bilem pariunt, & turbationem. Suillis, nullæ aliæ carnes meliores sunt: idq; si non admodum pingues, neq; etiam pertenues sint, ac neque ueteris uictimæ æstatem sint assequutæ. At uero reiecta pelle, & subfrigidæ edendæ sunt. Arida chojera uentrem inflat', strepitum & dolorem, tum laterum, tum lumborum excitat, alius nihil

98 deſcit, ſed aſtringitur. Eū qui
 ſic affectus eſt obſeruare oportet ne uomat, ſed aluus ducenda
 eſt. Proinde ex aqua calida, eaque
 quām pingui clyſterem^{*} adhibe: mox perunctum in aquam
 calidam demitte, [¶] ita ut decum
 bere poſſit, ac paulatim calida in ſcaphe,
 aquā perfunde. Si enim ſic calfa pelui.
 cto aluus ſubducitur, haud du-
 bie ſoluitur morbus. Hunc ſom-
 nus quoque iuuat, ac bibere uis-
 num tenue uetus, idque meracius.
 100 Dabis etiam oleum, ut & qui-
 101 eſcat, & aluus ſubducatur, atque
 ſoluatur affectus. à reliquis ue-
 ro cibis arceatur. Quòd ſi do-
 lor non remittitur, lac aſinæ, do-
 nec purgetur, potui dandum eſt.
 103 Soluta aluo, ſi bilis deſciatur,
 & tormina, uomitiones, ſuffoca-
 tionesque infestat, quiescere oportet,
 mox aquam mulfam bibere
 & non uomere.

DE AQVA INTER CVTEM.

*φύσις. i.
naturæ.

AQuæ inter cutē duo sunt* ge
nera, unū subcarnosum: id
hominē quī aggredit̄, ineuitabi
le est. Alterū ex flatibus constat,
quod multa, ea'q; bona fortuna
indiget. maxime uero erūnis, fo
mentis, temperantia'q; curatur.
Igit̄ sic affecto aridos, acres'q;
bos exhibere oportet, ita enim
citissime reddet urinā, & perquā
fortis efficietur, Quòd si spiritus
quoq; difficulter redditur, id'q;
uerno tempore, & in ætate uigo
ris, fuerint'q; uires ualide, ex bra
chio sanguinem detrahere, mox
calidos panes, ex uino nigro ac
oleo submersos edere, atq; ut po
tionē maxime minuere, ita plus
rimū exercitari cōuenit. Carnes
uero suillas eas'q; crassas ex ace
to coctas edere ut arduas inam
bulationes tolerare ualeat, Qui

uentrē inferiorē calidum habēt,
 atq; excremēta acria & inequa-
 lia deīciunt, nō ob eliquationē sic
 afficiūtur. quod si ualeant uires,
 albo ueratro diuertenda sunt: sin
 minus, frumentacei tritici cre-
 mor crassus, frigidusq; & lentis-
 cula, & faba, & panes subcineri-
 cij, & pisces exhibendi sunt, fe-
 bricitāti quidē elixi: non febrici-
 tanti uero, assi. atq; huic uinum,
 nigrū, illi uero aquā aut à Mespi-
 lis, aut Myrtis, aut malis, aut
 Sorbis, aut Palmulis, aut, * Las-
 bruscæ flore dare oportet. Si ue-
 ronon febricitantē tormina cru-
 ciant, in primis quidē paulum la-
 ctis [°]bubuli calidi dandū est, de-
 inde augēda eius quātitas est. Itē
 lini semen & triticea polenta. E-
 gyptia quoq; faba decorticata,
 madidaq; amara parte abiecta,
 potui det. Edat uero oua assa se-
 miconcreta, similā, miliū, chon-

* οινάρης
ἀμπελων.

ταῖς, ὄνθον.
ασινίνι.

drem ex lacte coctum. Hæc, facta prius decoctione refrigereret, ac sic deinde comedant. Quod si aliæ quædam uel escæ uel positiones ijs similentur, ipsæ quoq; exhibeantur. Id uero maxime pertinet ad uiictus rationem, ut obserues caueas'q; , tum in acutis tū diuturnis ægritudinibus, accessiones, inclinationes'q; febriū, ut quo tempore cibus exhibendus sit deprehendas: item quando plurimum ab impetus uehemētia abesse uidentur. Ac considerare quoq; oportet capitales dolores, aut ab exercitatiōe, aut cursu, aut itinere, aut uenatu, aut alia quadā intempestiuā* ambulatione, aut uenere, puenientes. item decoloratos, raukos, splenicos, exangues, suspiriosos, sicca tussi laborantes, sitientes, flatuosos, uenarum clausuras, intenta præcordia, dorsum

* πόνοις. i. la bore.

"Lienosos

πόνοι ματ
τάθασ. i.
spirituosos.

& latera, item torpentes, obscur
re uidentes, aurium tinnitu uexas
tos, urinam non continent, regio morbo affectos, cruda per
aluum deijcientes, sanguinem è
naribus, aut sede profundentes,
& inflatos, & quos^{*} fatigatio * *πνιγόντες*
uehementer infestat. Eos itaq;
si dictas affectiones uincere ne
queunt, haudquam medica
mento purgabis. nam & pericu
lo ægrum expones, & nihil suue
ris, & spontaneas etiam iudica
tiones, liberationesq; impedies.

Si sanguinis detractio cuipiā
conducere uideatur, aluus in pri
mis^ο astringenda est, postea ue
ro sanguis mittendus est. ^{ταχέη} fas
mem quoq; instituere & uinum
auferre oportet. deinde decenti
uictus ratione, & fomentis & p
fusionibus reliquam curationē
perfice. Si uero astricta fuerit al
uus, mollem adhibe clysterem.

^α *στρεψίν*
^β *πνιγέτην. i.cō*
^γ *fitmanda.*
^δ *λιμοκτονία*
^ε *ερ. i. inediā*
^ζ *præcipere.*

Quòd si medicamēto opus esse i
animaduerteris, exhibito Vera
tro, p superiores partes tuto ex
purga, sed per inferiores horum
neminem. Ac mirifice prodest, i
urinam ciere, sudores excitare,
inambulare, leniter perfricare,
ne uidelicet habitum reddas den
siorem, id quod aliij, ipso prono
incubili iacente, facere debent.

Si supra septum transuersum
pectus afficiatur, æger, ut ma
gna ex parte sedere, ita nequa
quam decumbere debet, ut, quo
ad uires permiserint, sedens ca
lido fomento perfricetur. At i
mum uentrem sub septo trans
uerso, infestante dolore, infirmus
neque moueatur, neque fricitur,
sed quietus iacere debet. Quæ i
ab imo uentre per urinas, sudos
res q; soluuntur, si per se modice
labuntur: debiles quidem affe
ctus discutiunt, uehementes au

tem non tam facile. quippe qui
ita laborant, aut pereunt, aut si-
ne malis alijs sanari nō possunt.
nam confirmari solent eiusmodi
affectus.

Ad aquam intercutem. Can-
tharides tres, abiectis pedi-
bus,* & capite, teruntur in aque
cyatis tribus, atq; iejuno potui-
dantur. Quod si dolor potantem
affecerit, calido fomento perfuz-
datur* deinde unctus panē edat
ex oleo.

Sanguinem suppressetia. Fici
succulana susceptū, intus ad
uenā adhibe. aut inuoluto coa-
gulo nares obstrue. aut chalci-
tim adhibēs, digito cōprime ex-
trinsecus cōpressis utrinq; carti-
laginibus, aut uentrē cocto afi-
nino lacte solue. Itē deraſo capiti
refrigerātia impone, si uidelicet ^{*suorūkā.}
calido id tempore cōtingat. Se-
famoides ſequidrachmæ pon-

* καὶ στίχο-
ρὰ. i. alis.

καλόφο-
ιψ. Q. &c.
ungat pri-
us iejunus
bibat, pa-
nes calidos
ex pīngue-
dine edat.

dere tritū, ex aceto mulso potui
datū, per superiores partes ex:
purgat. Admīscetur quoq; uera:
tris: ut tertiā faciat potionis par:
tem, atque sic minus suffocat.

A D T R I C H Ω S I N.

*Additum
ex fide ue-
tu stissimi
codicis.

ACui foramen hahenti filum
subiçce, & superiorem tensę
palpebræ partem trajciens usq;
ad inferiorē, quod supius est infe-
riori adliga: tum fila extendens
consue & colliga, donec decidat.
Et si qdē satis fuerit, bene habet:
sin aliquid deficit, eadē reficito.
Mariscas, q̄ hæmorrhoides dis-
cunt, eodē modo persequeris. A:
cui crassissimū & quā maximū
lanę succidæ filum adliga, tutior
enim est huiusmodi curatio, de-
inde comprime, & medicamen-
to exedēte utere: nec ante quām
decidat perfunde, atque unam
semper relinque: postea ueratro

purgabis. Exinde exercitetur &
sudet ab exercitatione, & mane
admodū perfricetur. à cursu, te-
mulentia, & acribus, præter Ori-
ganū abstineat. Septē diebus, uel
ter in mēse uomat. Sic enim cor-
pus optime habebit. Vinū ful-
ū, austерum, dilutū, paucum bi-
bat. Suppuratis dissectos Scyllę
orbiculos in aqua excoque, cum
uehementer ferbuerit effunde, a-
liamq; infunde & coque, donec
percoctū & molle tangēti appa-
reat. deinde terito & Cymīnum
frictū admisce, Sefama candida,
Amigdalasq; recentes terens ex
melle eclegma facito, dato'que.
Post hæc uinū dulce bibat, Pa-
pauerisq; albi triti acetabulum
aqua perfusum, & cum frumen-
tacea farina melleq; coctū, ac te-
pidū sorbeat. Diem'q; sic transi-
gat. Deinde ad ea quæ cōtingūt
attendens, cœnam dato.

AD TORMINA INTE-
stinorum.

FAbarū purgatarū quadran-
tem accipe, & duodecim Ru-
biæ surculos admisce diligenter
excoque, & delingendū exhibe.

AD O C V L O S .

CInerē lotum acurate macera-
tum simul adipem leuē non
liquidā tere, uueq; acerbæ succo
humecta, in sole sic desicca, ut
unguenti instar humidū sit, cum
exiccatum fuerit, leui, trito, &
sicco oculos inunge, angulosq;
eorum consperge.

AD H V M E N T I A .

EBenī drachmā, æris usti ad
cotē triti obolos nouē, croci
obolos treis. Hæc ubi triueris, ui-
ni dulcis heminā atticam infun-
de. Deinde soli expone, obtege,
cū excoctum fuerit, eo utere.

AD D O L O R E S ,

CHalcitidis drachmam, uuæ
passæ expresse partes duas,
Myrrhā Crocūq; tere, mulsum
admisce, ad solem coquito, eoq;
dolentes punge, sit autem in ua-
se æneo.

QVONAM MODO VVLVAE
strangulatio cognoscatur.

Digitis preme, & siqdē sentis
dat, ea est, si nō, cōuulsio est.

AD HYDROPICOS POTIO.

MEconij, id est, succipapa-
ueris in pilas adformati
acetabulum atticum.

POTIO.

SQuamæ melas tres latitudi-
ne cū farina triticea tenuissi-
ma adglutina, leui, tere, catapo-
tij instar conuolute, dato'q;.

VT VENTER INFRA PVR=
getur, & a' stercore mundet.

IN caricas singulas Tithymal
li guttas septem instilla, etiā

si pueris detur, deinde in nououa
se compone, & recōde, sic'q; affe
cto ante cibum dato. Meconiu
item tere, aquam infunde & per
cola, farinā subige, * Itriū coque,
mel coctum infunde, edēdum'q;
hydropicis exhibe. bibant uinū
dulce, aquosum uel aquam mul
sam dilutam. Meconium ab ex
crementis collectum reconde &
cura.

Hippocratis πρὸι διαύτης ὁξεώμ.
de ratione uictus in morbis acu
tis, libri quarti finis: quē
Galenus Hippocra
tis esse non
putat.

* ιπποκρ. qd sit. vide Galenū li.
priore. περὶ αὐτέρων τρόπων.

G A L E N I

Textus iuxta Galeni, id est, Ars medi=canalis, interprete Nicolao Leoniceno.



RES sunt omnes
 *doctrinæ quod ordi-
 ni inhærent. Pri-
 ma quidē ex no-
 tione finis, quæ
 per resolutionem
 fit. Secūda ex cō-
 positione constat eorum quæ ex
 resolutione fuerint inuenta. Ters-
 tia ex diffinitionis dissolutione,
 cui nunc incumbimus. Licet aus-
 tem huiuscemodi doctrinam ap-
 pellare, non tantum diffinitionis
 dissolutionē, sed & explicatio-
 nem, ut nonnulli uocarunt. uel
 resolutionē, uel diuisionem, uel,
 ut nonnulli alijs, explanationem,
 uel expositionem, ut alijs. Conati-

sunt & Herophiliōrū quidā talē
facere doctrinā, quemadmodū
Heraclides Erythræus. Conati
sunt & eā quæ per cōpositionē,
& ipsi Herophilij, & qdē Eras
strati sectatores, & Athenæus
Attaleus. Neminem tamen ante
nos, eā quæ orīt à notionē finis,
scripsisse comperimus, ex qua o-
mnes artes * uia quadā, atqz or-
dine constituunt: sed illam quidē
alio ptractauimus loco. Hic ues-
tro diffinitiuam faciemus doctrin-
nā, quæ quātū ab ea quæ ex reso-
lutione consistit, & dignitate, &
ipso docēdi ordine linquit, tan-
tum & ad totius * compendiū, &
ad singulorū memoriam præ-
stare inueniet. Sufficenter enim
facillime memoriae cōmendan-
tur ex diffinitionis dissolutione
uniuersa. Quoniā totius artis ca-
pita in se optima diffinitio com-
plectitur, quam quidam substan-
tialem

*κατὰ μέθο-
δον. i. secun-
dum viam
cū ratione.

^a Lib. de
cōstitutio-
ne artis.

*κατὰ μέθο-
δον.

*σωμότητη.
i. cōprehen-
sionem.

^a Particu-
larium.

tialem uocant, ex aduerso distinguites alijs, quæ^{*} notionales appellantur. Illæ siquidem ab his quæ accidūt rebus diffinitis, hæ uero ab ipsa ^{**} essentia constituuntur. Elaborata autem est à nobis particulatim, & in pluribus conscripta tractatibus totius medicinæ contemplatio. quibus uti quis possit ad triplicem doctrinam. Nunc uero diffinitiuā aggrediemur, hoc unum præfati, quod solum capita, & quædam ueluti conclusiones eorum, quæ alibi ^{*} latius sunt demonstrata, nunc à nobis dicentur.

Q V I D E S T M E D I C I N A .

Cap. ii.

Medicina est scientia salubrīū, & insalubrīū, & neutrorum. nihil uero differt & si quis ægrorum dixerit. Nomen uero scientiæ communius, non autem propriæ accipere oportet.

^{*Intelle-}
^{ctuales.}^{Substan-}
^{tia.}

^{**κατὰ δι-}
^{έργον.} Gale.
lib. 3. epide-
miorū do-
ctrinam per
diexodū fa-
ctam ab ea
distinguit,
qua in ex-
ponēdis a-
liorū libris
utitur.

s

tet. Salubre autem, & insalubre;
& neutrum, unumquodq; tri-
pliciter dicitur: hoc quidē ut cor-
pus, hoc autem ut causa, hoc uer-
ro ut signum. Etenim corpus,
quod sanitatem natura suscipe-
re aptum est: & causam, quæ eam
dem efficere, uel conseruare: & si-
gnum, quod potest indicare: hęc
omnia Græci salubria appella-
re consueuerunt. Eadem ratione
& susceptiua morborū corpora,
& eosdem efficientes, conseruan-
tesq; causas, & signa indicātia,
insalubria uocāt. Nec aliter cors-
pora neutra, causas signa ue-
xerunt. Et secundum primam
quidem rationem, atque præcis-
puam causarum salubriū est me-
dicina scientia, propter eas autē,
& aliarum secundo quidem loco
insalubrium, & tertio neutrarū.
Et post has eodem modo cors-
porum, primo quidem, & hic sa-

lubrium, secūdo loco insalubrit̄, tertio neutrorum. Itidem de signis dicēdum. In actionibus autem, prima quidem est corporū cognitio quæ habetur ex signis, post hæc earum quæ in ipsis inventio causarum.

Q V O T M O D I S D I C I T V R
effectuum, indicatium, &
susceptium. Cap. iiij.

Sed quoniam & effectiuū, & Sindicatiuum, & susceptiuū dupliciter unumquodque dicitur, hoc quidem simpliciter, hoc uero ut nunc, nosse oportet amborum esse medicinæ scientiam. Ipsum uero simpliciter duobus dicitur modis, & quod semper & quod plurimum: de quorum utroq; medicina ptractat. Neutra uero & causa, & corpus, & signū, & quod simpliciter dicit & quod ut nūc, tripliciter unum

quodque appellatur: hoc quidem quia nutrius contrariorum est particeps, hoc uero quia utriusque, hoc uero quia aliquando huius, aliquando illius. Horum autem ipsorum secundum, rursus duobus dicit modis, aut quia utrumque contrariorum ex æquo participat, aut quia aliud quādo plus alterum. Est uero & in tota diffinitione, si uerba animaduertimus, ambiguitas quæ danni. quā & ipsam dissoluere oportet. Cum enim dicitur medicinam esse sciētiam & salubrū, & insalubrium, & neutrorū, significatur & quod omnium particularū, & quod quorundā, & qualiū. Sed omnium quidē infinitum quoddā est, atq; impossibile, quorundā diiminutum, atq; artificio carens. qualiū uero artificiosum pariter, atq; sufficiēs ad omnia artis particularia, quod

etiam dicimus in medicinæ diffini-
tione cōprehendi. Prīmū igitur
de corporibus dicere aggredie-
mur, qualia nā sint, & salubria,
& insalubria, & neutra post hæc
designis, & causis differemus.

DE CORPORE SALVBRIO.

Cap. iij.

SAlubre simpliciter corpus est, *ΕΥΚΡΑΤΟΝ.
Quod ab ipso naturę ortu *bo-
nam habet temperaturā in sim-
plicibus, & primis particulis,
atque in his quæ ex illis compo- ούμετρον
nuntur instrumentis, est cōmo-
deratum. Salubre uero nunc, est
corpus quod in præsentī est sa-
num. Est uero & hoc eo tempore
quo sanum existit, bonā habens
temperaturam, & commoda-
tionem, non tamen optimam, at
sibi proprium. Ipsius uero salu-
bris simpliciter corporis, tale q-
dem est semper id quod est opti-
ma temperantia præditū, ac ma-

xime est cōmoderatum. Ut mu-
tum autem quod à constitutio-
ne optima non ualde admodum
deficit.

D E C O R P O R E I N S A-
lubri. Cap.v.

INsalubre uero simpliciter est
corpus quod ab ipso ortu na-
ture, uel in cōsimilibus partibus
*malam habet temperaturā, uel
in instrumentarijs incommodo-
rationem, uel utrunque uitium.
Insalubre uero nunc est corpus
quod eo tēpore, quod tale dicit,
ægrotat. Nec obſcurū est, quod
& hoc ipsum, eo quo dicit tem-
pore ægrotans, uel in consimili-
bus malam habet temperaturā,
uel in instrumentarijs incommo-
derationem, uel utruncz. Est ue-
ro & semper insalubre, quod ex
ipso naturæ ortu uel pessimā ha-
bet temperaturam in simplici-
bus, & primis particulis omnis

*δύσκρα-
τον.
“ ἀσύμμε-
τρον.”

bus, uel aliquibus, uel his quæ obtinent principatum, uel in instrumentarijs, incommoderatum existit. Similiter autem in his, uel omnibus, uel aliquibus, uel illis quæ obtinent principatum. Ut multum uero insalubre est corpus quod ab huius quidem uicio recessit, nondum tamen mediocritatem attingit.

DE CORPORE NEUTRO.

Cap. vi.

Quoniam uero & neutrum corpus tripliciter dicebat, unum quidem quod neutrius erat extremæ dispositionis particeps, aliud autem quoniam utriusque, aliud quoniam aliquando huius, aliquando uero illius. Iuxta primum significatum neutru erit corpus, quod exqsite mediu est, & saluberrimi, & insaluberrimi corporis: & huius hoc

quidem simpliciter tale, quod
 ab ipso ortu naturæ ita est con-
 stitutum, hoc uero ut nūc, quod
 in præsenti tempore medium
exquisite existit saluberrimi, at-
 que insaluberrimi corporis. Ip-
 sius autē simpliciter, semper qui-
 dem tale est id, quod in omnibus
 ætatibus tale perdurat. Ut mul-
 tum autem quod nonnullas reci-
 pit mutationes. Iuxta uero secun-
 dum significatum neutrum erit
corpus quod ab ipso ortu natu-
 ræ contrarium simul est partis
ceps dispositionum, aut scilicet
 in una parte, aut in duabus dif-
 ferentibus. in una quidem si se-
 cundum alteram* oppositionem
 effectuarum qualitatum bonā
 habuerit temperaturam, uel es-
 tiam secundum utranque, sed in
 formatiōe, uel magnitudine, uel
 numero partium, uel situ delin-
 quat, aut contrā in his quidem

*āyrtθeoin.

recte se habeat, uel omnibus, uel quibusdā, peccet autem in temperatura: in differentibus uero partibus, & iuxta omnes oppositiones potest quidquām simul particeps esse contrariorum. Et semper quidem tale quod per omnes ætates in eodē habitu perseverat. Ut multum uero quod aliqua ex parte euariat. Ita uero & nunc neutrum erit corpus iuxta secūdum significatū, quia uel parte in una hæc quidem ipsi salubria existunt. illa uero insalubria, uel in differentibus ita afficitur partibus. Iuxta uero tertiu significatum neutrū erit corpus, quod aliquādo quidem salubre, aliquando uero insalubre* existit, ut nōnullis accidit, q̄ in pueritia salubritate corporis uigēt, quum uero ad iuuentutem persuenerint, insalubres euadūt, aut contra'. In uno autem tempore

* cypipet. i.
per uices.

quod ita est neutrum consistere nequit: latius uero si accipiatur, contingit. Nouimus autem quod nunc, dupliciter dicitur. Salubre igitur, & insalubre, & neutrum corpus quot modis dicatur, & quale unumquodque sit, sufficienter explicauimus. De signis vero deinceps dicendum.

DE SIGNIS SALVBRIBVS.

Cap. viij.

SVnt autem & ex his salubria quidem quæcunque præsentem indicant sanitatem, & futuram prænunciant, & præteritam memoriæ subjiciunt: insalubria uero quæ & * præsentem indicant ægritudinē, & futuram prænunciāt, atque præteritam memoriæ subjiciūt. Eadē ratione neutra dicuntur, quæ neutram dispositionem ostendunt, prænunciant, & memoriæ subjiciuntur.

* διαγνωσία.
** προφητεία.
*** αναμνησία.

ciunt, & quæ nihil omnino de dispositiōnib⁹ indicāt, uel nihilo magis salubrem, quām insalubrem dispositionē ostendunt, & partim quidem salubrē, partim uero insalubrem indicant dispositionem, & quę aliquando quidem salubrē, aliquando uero insalubrem, & hæc quoque secundum tria tempora, ueluti salubria, & insalubria appellantur. Vocantur autem nonnunquam à uetustioribus medicis hæc omnia signa * prænūciatiua, quāuis præsentiū, ac præteritorū indicatiua sint. Usus uero nō parvus ex prænunciatiuis, atq; indicatiuis: minor autē ex his q̄ memoriæ subjiciunt. Cum uero sint salubria corpora, hæc quidē simpliciter, hæc uero ut nunc, quæ & bene ualentia dicuntur, salubrium simpliciter corporum duplē diximus esse differentiā:

quoniā nonnulla quidē semper, nonnulla uero ut multum essent talia, & semper quidē, quæ optimā constitutionem sortita sunt, ut multū uero, quæ non magnopere ab illa recedunt.

D E S I G N I S O P T I M A E
constitutionis. Cap. viij.

HOrum autem dignotiones sumendæ sunt ab his, quæ secundum essentiæ rationem ipsis insunt, & ab his quæ ex necessitate consequuntur, operationibus, *casibusq; q; proprie^a accidentia uocant. Ab essentia quidē ipsa eorum quæ optimā habent constitutionem, cōmoderatione consimilium quidem, in caliditate, frigiditate, humiditate & siccitate. Instrumentalium uero, in quantitate, ac numero eorū ex quibus componunt, ac prēterea formatione, situ partiū singulariū,

*ουμεστιω
μάτων,
"ουμεβηκα-
της.

actotius instrumenti. Ex his uero quæ ex necessitate consequuntur cōsimilia, quantum quidem attinet ad tactum à mediocritate, quæ in mollitie, ac duritie consistit. Quantum uero ad aspectū, à colore optimo, & leuitatis, atque hispiditatis mediocritate. In operationibus, à pfectione, quā & ipsorum uirtutē appellamus. Ab his uero quæ instrumentaria partes consequuntur, à com moderatione, & pulchritudine omnium totius corporis instrumentorū, ac præterea earum quæ ipsis insunt uirtute operationū. Optimæ igitur constitutionis corporum signa indicativa sunt hæc. Eorum autem quæ ab ipsa deficiunt, & adhuc tamen salubria existunt, nonnulla quidem in consimilium temperatura ui ciū aliquod paruum habent, nō nulla uero in instrumētiorum

cōmoderatione, & hoc quoq; p
 exiguū. Accidit autē hoc uel in
 omnibus, uel in aliquibus. aut in
 utrisq;. Viciorū uero genera
 eadem sunt his quæ uirtutē per-
 ficiūt. Temperatura quidem in
 consimilibus. Numerus autē, &
 formatio, & magnitudo, & si-
 tus, in instrumētarijs. Vtrisq; ue-
 ro cōmuniſ unitas, quā & ipſoſ
~~κανωνικῶν.~~ rum* continuitatē appellamus.
 In his autē ipsiſ generibus ſunt
 corporum insalubrium uicia ſe-
 cundum utruncq; insalubritatis
 modum. Terminus autem qui
 utrunque diſtinguit, eſt opera-
 tionis læſio ſenſibilis. Quæ uero
 ab optima corporū conſtitutio-
 ne breue aliquid deficiunt, re uer-
 ſa quidem & iſpa in aliquo ſunt
 offenſa, non tamen id ſenſu com-
 prehenditur. Diſtinguuntur uer-
 ro ex eo, quod magis, minus uer-
 in operationibus exiſtit, ac quia

causis* quæ ægritudinē pariunt, *In fa'ubri
 non æque resistunt. Quæ autem bus.
 simpliciter insalubria sunt cor-
 pora, distinguuntur ob id, quod
 facile à causis quæ morbos com- * In salu-
 mittendi uim habent, superant,
 & quoniā in uigore operatio- brībus.
 num plurimū deficiunt. In medio
 autem amborum collocatur ea
 quæ neutra* simpliciter appell- * &
 lantur, & cum latitudine quadā.
 Quo fit ut tota sanitatis latitu-
 do in tres partes, quarum singu-
 læ latitudinem habent non par-
 uam, diuidatur. Erit autē prima:
 quidē salubrium corporum, se-
 cunda neutrorum, tertia insalu-
 briū. Post quæ deinceps sequun-
 tur quæ iam ægrotant corpora,
 quæ sensibilibus operationū læ-
 sionibus distinguunt. Quæ igitur
 * dolore infestant, & quorū mo-
 tus sunt uiciosi aut omnino inte-
 rierunt, manifestas habent de-

* i. m. a. f. n.

terminationes. Quæ uero imbe-
 cilles edunt operationes, in ma-
 gnis quidē distantijs facile disce-
 nuntur, in paruis uero ambigua
 sunt: atque idcirco in eo genere
 noxæ collocat, quæ neutrīus cō-
 trariorum participat dispositio,
 quam & ipsam neutrā diximus
 appellari, ita tamen ut horum o-
 mnium sensus sit iudex, non ipsa
 natura rerum inspiciatur, ne pe-
 riculum sit in dogma perpetuæ
 passibilitatis incidere, & quidē
 signa sanoru corporum. Sed que
 insalubria, salubria, & neutra
 existunt quātitate distantiæ dif-
 ferent duobus inuicem cōtratijs
 terminis à nobis statutis, opti-
 ma uidelicet cōstitutione corpo-
 ris, & nuper facta ægritudine, ac
 deinceps cōsyderatibus utri eos
 rūuiciniora sunt * ea q̄ ad examē
 quibus ex corpora ueniunt. Quæ enim p-
 quirimus. ximiora sunt optimæ constitutio-

tioni, salubria: quæ uero ab hac longius distant, atq; ad ea q; iam ægrotant magis accedūt, insalubria, quæ autē intermedia, atq; æqualiter ab utrisque distare uident, neutra. Optimæ igit̄ constitutionis corporis indicia explicauimus. Eorum uero quæ ab ipsa deficiūt, totidē sunt numero genera, q; in magis, & minus secari possunt. Cū autem in tres ^{*μέρη.} latitudines diuisa sint, corporis insalubris simpliciter indicia trademus: ex his enim & reliquæ duæ latitudines innotescēt. Generaliter igit̄ prius à nobis in eo quem de optima cōstitutione sermonē habuimus, spāliter autē nunc disceſt, si prius partes diuiserimus.

Q V O T S V N T D I F F R E N
tiæ partium. Cap. ix.

S Vnt uero earum quatuor us
niuersæ differētiæ: quoniam
t

nonnullæ earū principia existūt,
 aliquæ uero ab ipsis originem
 habent, aliquæ nec aliarum gu-
 bernationi præfunt, neq; aliuns
 degubernantur, quū insitas ha-
 beant à natura potentias, à qui-
 bus reguntur: quedam uero sunt
 quæ insitas simul, & aliude emas-
 nantes habent. Principia igitur
 sunt, cerebrum, cor, hepar, testi-
 culi. Ab illis uero ortum habent,
 atq; eisdem subministrant, nerui
 quidem, & spinalis medulla cere-
 bro: cordi uero arteriæ, hepati,
 uenæ: ipsa uero seminaria uasa
 testiculis. Quæ autem à seipsis
 gubernantur, sunt, cartilago, os,
 copula seu ligamentum, mem-
 brana, adenes, adeps, caro sim-
 plex. Reliquæ uero partes, cum
 unā cum istis habeant ex seipsis
 * regimen, arterijs, neruis, & ue-
 nis insuper eguerunt. Capillorū
 autem, atque unguium neq; re-

gimen ullū est, sed generatio tan-
tummodo. Hæ igitur sunt pars
tium differentiæ.

DE SIGNIS CEREBRI.

Cap. x.

Indicia autem singularū tenis
peraturæ sumpto à cerebro
initio, deinceps dicemus. Sunt uero
rognoꝝ insita genera quæ ipsius
naturam ostendunt. Primū quidē
de totius capitis dispositio. Se-
cundum uero sensibilium opera-
tionum uirtus, & uicium. Et ter-
tium actiuarū. Quartum * earū
quæ tenent principatū. Et quin-
tum naturalium. Aliud uero ge-
nus præter hæc omnia, ea quæ
extrinsecus aduenit alteratio. Et
quidem totius capitatis dispositio
ex magnitudine, & figura sumit,
atque capillis.

* ἔχει μονι-
κῶν.

“καὶ τῶν
ἔργων ἀ-
τῶ προστι-
θόντων
ἀλλοιωσις.
i. abijs quæ
extrinsecus
ipſi incidūt
alteratio.

DE PARVITATE ET MAGNITUDINE CAPITIS. Cap. xi.

PAruum igitur caput uiciose
constitutionis cerebri pro-
prium est indicium. Magnū ue-
ro nō necessario indicat bonam
cerebri *compositurā. Sed si qui-
dem ob ^oinsitæ uirtutis robur, q̄
multam, atque optimā materiā
afformauerit, eueniat, optimum
est signum. at si ob materiæ tan-
tū multitudinē : haudquaquam
bonum. Distinguenda uero sunt
hæc, & ex figura ipsa, & ex his
quæ ab eo habent ortum. A figu-
ra quidem ipsa, si concinna: sem-
per enim hoc bonū est signum.
Ex his autē quæ ab eo ortum ha-
bent, si ualida est ceruix, & si ar-
tīs ossibus optime cōstet, atque
omnis præterea neruosa substan-
tia boni sit habitus, ac robur ha-
beat intentū. Propria autē capi-
tis figura est, ueluti si excogita-
res sphærā exquisite rotundam,
ex cæra constructam, *paulatim

πατακούνης
i. constitu-
tio,
εἰχωρία.

εχρατέραι
χρ.

ἀργέμα. i.
placide.

utrīq; depresso. In hac enim
 necesse est, ut posteriores, prio-
 res ue partes plus gibbæ fiant,
 q; sphæræ conueniat. Quæ uero
 utrīq; consistunt, magis rectæ.
 Quòd si ea quæ secundū occiput
 eminentia minuaſt, ſimul intueri
 oportet neruos, atque ceruicem,
 unā cum oſſibus alijſ. Nam ſi ſe-
 cundū naturam conſtiterint, ma-
 teriæ defectu, non uirtutis imbe-
 cillitate contingit. Illis uero non
 recte ſe habentibus, principium
 eſt debile, ſed magna ex parte
 defectus qui occipiti eueniunt,
 conſequitur eorum quæ antedi-
 ximus imbecillitas, rariſſime q;
 aliter eueniire confueuit. Caput
 etiam quod ſecūdum occiput in
 acutiem tendit, animaduertere
 oportet, hisdem adhibitis diſtin-
 guendi rationibus, quibus an-
 tea in capite grandiori factō ute-
 bamur. Ut plurimū uero. & hic

optimum est signum figura con-
 * παρεγκε-
 * εις την θέσην
 adhæret, quam nonnulli medici
 posterius cerebrū appellare con-
 sueuerunt. quemadmodū & po-
 sterius existit ea sutura quæ Græ-
 cæ litteræ & formam habet præ-
 finitā. Est uero huiusmodi pars
 spinalis medullæ principium, &
 eius ratione neruorum omnium
 qui actionibus obseruiunt. Ipsa
 autē pars posterior per seipsum
 paucos admodū sensitios obti-
 net neruos, plurimos uero acti-
 uos: sicuti & anterior, sensitios
 gdē plurimos, paucos admodū
 actiuos. Quare ubi bene fuerit
 affecta utraq; pars; robustas ha-
 bebūt eas q; ab ipsis* deriuatio-
 nes. Eodem quoq; distinctiones
 adhibēdæ sunt ad partes capitis
 anteriores ad frontē attinentes,
 quæ etiam ad posteriores, earū-
 dēq; & paruitatē, & magnitu-
 tes.

dinē inspicere oportet, atque itis
dem figurā, & sensus ibi colloca-
tos, uisum, gustū atq; odoratum.
Hæc enim se inuicē indicat, atq;
attestantur, & quæ à principijs
oriuntur, principij uirtutem, uel
uicum, & principium eorū quæ
ab ipso nascuntur.

DE OPERATIONIBVS
obtinentibus principi-
tum. Cap. xiij.

EArum autem operationum
quæ obtinent principatum,
uirtus, ac uiciū sunt ipsius prin-
cipij seorsum tantummodo indi-
cia. Voco autē operationes prin-
cipatum obtinentes, quæ à solo
principio proueniunt. * Ingeniū
quidē igitur, ^ subtilem cerebri
substātiā indicat: tarditas ue-
ro" intellectus crassam: discendi
uero* facilitas, formarū facile su-
ceptiuam; memoria autē, stabi-

* ἀγχινοία.
^ λεπτομέ-
ρος.
: διανοίας.
* πρακτυμि-
ρος,

* δύσυνωτο.

frigide lenes
cubio qm̄i adiud
mox me ḡma reuel
moxia otham

lem, ac firmam: sicuti & discendi difficultas, * formarū non facile susceptiuam: & obliuio, fluidā. Mobilitas quoque in opinionibus, calidā: stabilitas autē frigidam. Adhuc autē duo indiciorū genera mihi uideor pretermisise, de quibus sum ab initio mediaturū pollicitus, cōuorum alterū ad operationes attinet naturales, alterum uero ad ea quæ extrinsecus occurſant. Erit autem in utrisq; sermo cōmunis.

S I G N A B O N A E T E M P E R A

turæ cerebri. Cap. xij.

* δύκρατος.

S*I quidem cerebrū sortiat bonam quatūor primarū qualitatum temperaturam, omnia quæ diximus habebit moderata, & excrementa quæ uel per palatum, uel aures, uel nares, uel oculos expurgantur, hæc quoq; modice se habebūt, atq; ab his quæ extrinsecus occurſant minime le-

detur, quæ scilicet uel calefaciūt,
 uel frigefaciunt, uel humectant,
 uel exiccant. Talibus igitur ca-
 pilli capītis: cum adhuc sunt in-
 fantes * subruſti, cum uero pueri,
 subflauī, ^o cum iam adoleuerint
 flauī fiunt, medi⁹ que sunt inter
 eos qui omnino sunt crīſpi, &
 simplices: non tamen facile cal-
 uitium patiuntur. Quæ uero di-
 cuntur ac posterius dicenda indi-
 cia sunt, accipere oportet, ut in
 bonam habentibus temperiem
 habitationibus. Quæ autem ad
 capillos attinent, non ad loco-
 rum tantum, sed ad humorum
 quoque temperaturam, qui cere-
 bri temperaturæ proportione re-
 spondent, sunt referenda. Si uero
 calidius sit quām oporteat, in al-
 tera uero oppositione bonam ha-
 beat temperaturam, si quidem
 in caliditate excellerit, omnia
 quæ dicentur, ualidiora erunt in-

t 5

* *τερόποι.*
τερόφαγος

dicia, sed si paruuus fuerit excessus
imbecillia. Communis autē hæc
ratio statuatur in omnibus parti-
bus, quarum intemperaturis uni-
uersis indicia sumus tradituri.

S I G N A C A L I D I C E R E B R I .
Cap. xiiij.

DEinceps igitur signa cerebri
caliditatis, præter ea quæ nu-
p diximus, sunt, quod ea quæ circa
caput omnia rubicunda, & ca-
lida magis, & quæ in oculis uene-
sensui patent. Capilli quoque, in
his statim in lucem æditis habet
in capite ortum. & quum pluris
mum in caliditate à mediocri té-
peratura recesserint, nigri, & ro-
busti, & crisi fiunt. Cū uero non
multum, subflauī quidem ab ini-
tiofiunt, deinde nigricant, ac pro-
grediētibus ætatibus caluitum
patiūtur, atq; eo magis qui plus
modico sunt calidiores, Exces-

menta uero quæ per palatum &
nares, & oculos, & aures, pauca,
& *concocta ipsis existūt, quum ^{*πίστα,}
integrā habuerint sanitatem. cū
uero eis caput repletur, continuo
enim ac tum præser tim, cum nul-
lam uictus seruauerit rationem,
tale quid eis accidit, plura quidē
in ipsis excrementa, atq; ^{αλλ' οὐ καὶ} incōco
ctagenerantur, implenturq; atq;^{*πεποτασσενται. sed}
que aggrauantur eorum capita ^{ηδο} incocita.
a calidis cibis, & potibus, odori-
bus, atq; hisce omnibus quæ ex-
trinsecus occursant, in quorū nu-
mero est, & qui nobis circunfun-
ditur aér: sed præterea magis, si
non solum natura calida, sed etiā
humida talia extiterit. Breuibus
autem somnis huiusmodi tempe-
raturæ contētæ sunt, *neq; admo-
dum profundis. ^{*πρός τοις μετά}
^{δέ βαθεῖς καὶ}
^{τὸς γίνεσθαι.}

SIGNA FRIGIDI CEREBRI.

Cap. xv.

Frigidioris uero, quām opor teat, cerebri indicia sunt, plura in proprijs meatibus excrementa, & capilli recti, & ruffi, & stabiles, & qui longo post natuitatem tempore nascuntur tenues, atque ab initio* male nutriti, & facile à causis frigidis offenduntur, atque hoc ipso offenditionis tempore distillationibus, & grauedinibus capiuntur, neque si tetigeris, partes ad caput attinentes admodum calide sentiuntur, neque si inspexeris, rubicundæ apparent, & oculorum uenæ omnino uisum effugiunt, & somnolenti quodammodo sunt.

SIGNA SICCI CEREBRI.

Cap. xvi.

Siccioris autē cerebri indicia sunt paucæ superfluitates effluentes, & sensuum perspicacitas. Sunt autem ad uigilias prompti, & capillos habent robustos,

* ἀγροφοι.

“ κατάρροις
τε καὶ κορύ^ρ
ραις.

“ οὐνοίσε-
ποι. somnolē-
tiores.

& qui celerrime eis statim innascentur. Crispi autem potius sunt, quam recti. Cito autem calui fiunt.

HUMIDI CEREBRI INDICATIONES.
Cap. xvij.

Humidioris uero cerebri insidicia, capilli plani, et nequaquam calui fiunt, sensus autem turbulentis, & excrementorum multitudo: somni multi, atque profundi. Et haec quidem simplices sunt intemperaturæ.

SIGNA CALIDI, ET SICCI
cerebri. Cap. xvij.

Compositæ autem, primum calida, & sicca, secundum quam, & superfluitatibus carent, & sensibus uigent, & plurimum uigilant, & cito calui fiunt, & prima quidem capillorum generatio celerrima est, ac plurimo abundans alimento. Capillos uero habent nigros, & crisplos, & tangentibus caput, calidi sentiuntur, &

funt rubicundi usque ad ætatem
consistentiæ.

S I G N A C A L I D I , E T H U-
midi cerebri. Cap. xix.

Si uero humiditas adiungatur
caliditati, parum utrisq; qua-
litatibus superantibus mediocri-
tatem, color bonus,* & quæ cir-
ca oculos calidiora, uenæ magne
& plura excrementa, & medio-
criter cocta, & capilli recti, sub-
flavi, & non facile calui fiunt. Im-
quæ in oculis sunt ue-
ux magne.
* καὶ θερμός
τις καὶ ἀσθετικὸς δρόσος φλέβες
μεγάλου, &
caliditas, &
plentur uero atque aggrauantur
eorum capita à calidis. At si hu-
mectentur, protinus multo ma-
gis excrementorum habent mul-
titudinem. Et si plurimum calidi-
tas, atq; humiditas creuerit, his
caput est *ægritudinibus obno-
xium, atque exrementis abun-
dans, & quod facile à calefacien-
tibus, atque humectantibus of-
fendatur. Auster uero semper eis

a νοσοδημος i.
morbidus.

aduersatur, atque optime in aqua
ione se habent, non tamen diu ui-
gilare possunt: & cum se ad som-
num conuerterint, simul graui so-
mno tentantur, & uigilant, & so-
mnia habent imaginationibus
plena, uisus eis turbulenti, neque
satis sensibus uigent. Quod si plu-
rimum in caliditate cerebrum à
mediocritate recesserit, paululū
autem humidius extiterit, calide
temperaturæ indicia præ se feret,
cum quibus leuia quædam humi-
ditatis signa coniungentur, uelu-
tis longe quidem humidius, pau-
lulum uero calidius, uehementia
quidem erit, ac manifesta humi-
ditatis indicia, debilia autem ca-
liditatis. Cōmunis uero hæc ras-
tio in omnibus cōpositis intem-
peraturis existit.

SIGNA FRIGIDI, ET SICCI
cerebri. Cap. xx,

FRigidæ uero, & siccæ ceras
bri intemperaturæ, frigidū
& minime coloratum sui ratio-
ne caput reddunt. Semper enim
memoria repetenda quæ à no-
bis ab initio est distinctio posita,
ut præterea aduertamus quan-
tum ex humorum temperatura
alterentur quæ circa ipsuni con-
sistunt. Protinus autem huiuscet-
modi temperaturæ uenīs caren-
tes habent oculos, & à causis fri-
gidis facile lœduntur. Quare &
inæquali sanitate fruuntur, quo-
*καρπίταζοι, stupida, ob-
tusa. Inter-
pres uidetur
legisse, καρφό
τατοι. niam nonnunquam * leuissima
habent capita, & excrementos
rum moderatos effusus, nonnun-
quam uero, & grauedinibus, &
distillationibus minima ex cau-
sa capiuntur.

DE SENSIBVS.

Cap. xxi.

Sensus autem eorum in iuuен-
tute quidem omnes uigēt, at-

que omni uitio carent, sed pro-
grediente etate cito marcescunt.
Et ut summatim dicatur, omnes
celerrimam circa caput senectu-
tem ostendunt. Quare & cito ca-
ni fiunt. Capilli uero ipsis quidē
genitis uix exeunt, & male nutri-
untur, & ruffi sunt: in progressu
autem ætatis, superante magis
frigiditate caliditatem, quam sic
citate humiditatem, multum nō
caluescunt Eeontra uero si conti-
gerit siccitatem quidem plurimū
dominari humiditati, frigidita-
tem uero caliditati, parum calui
fiunt hi.

SIGNA CEREBRI FRIGIDI, & humidi. Cap. xxij.

HVmidæ uero, & frigidæ ce-
rebri intemperaturæ faciūt * κωματω-
homines ^ graui somno tentari, *dis.*
& ad somnum facile conuerti,
sensibus quoque minime uigen-
tes, atque excrementis redundan-

u

tes: & qui caput frigiditati, ac repletioni habent obnoxium, ac distillationibus, & grauedinibus facile tentantur, neque tamen huius calui sunt. Hęc igitur indicia sunt cerebri temperaturae, à quibus si progrederaris ad unumquodque sensorium dignotiones trāsferre licebit.

DE OCULIS.

Cap. xxij.

Sed sufficiet de oculis dūtaxat facere mentionem. Quicunqz tangētibus quidē manifeste calidi existunt,* & facile à crebro motu ciētur, & uenas latas habēt, hi calidi omnes sunt. Frigidi uero, his contrarij. Et humidi quidem molles simul, & multa humiditas te pleni. Sicci uero duri simul, & aridi. A similibus autē sux temperaturae causis facile offenduntur, iuuantur autē à modico contritorum usu. Sed hoc quidem

* κρύψιμον ταις φασίας τὶ κρὺς πολλάκις, i. et tū facile tū crebro mouentur.

“ αὐχυπός Τε ἄμα κρὺς σκληροί, i. squalidi simul & duri “ ἐμπέργω, mediocri.

commune in omni cuiuscunque partis temperaturæ dignotione oportet meminisse.

DE MAGNITUDINE OCULI
lorum. Cap. xxiiij.

Magnitudo oculorum quidem ubi concinnitas, & operationū uirtus, multitudinem bene temperatæ substatiæ ostendit, ex qua sunt conformati: quæ si desint multam quidem substantiam, non tamen bene temperatam ostendunt.

DE PARVITATE OCULORUM.
Cap. xxv.

Paruitas uero oculorum, adiuncta quidem concinnitate, ac uirtutum operatione paucam quidem, sed bene temperata substantiam ostendit, ex qua sunt conformati. Si uero sociam habuerint inconcinnitatem quandam, atque operationum uicium: tunc

paucam simul ac uitiosam materiam ostendunt.

DE COLORE OCVLORVM.

Cap. xxvi.

QVÆ uero ad colores attinent, ita distinguere oportet. Glauci quidē oculi, qui pura humiditate, ac non multa præfulgent, tales fiunt ob splēdidiluz minis abundātiam. Econtra uero nigri, & qui intermedium naturam seruant, causas quoque intermedias habent.

DE GLAVCEDINE ET NIGREDINE OCULORUM. Cap. xxvij.

GLaucus igitur oculus fit, uel propter magnitudinem, uel propter splendorem humoris, qui à Græcis crystalloides nominatur: uel propter situm prominentem, aut propter tenuis & aquæ humoris: *qui in pupilla existit, paucitatem, & puritatem: at

que omnibus quidem in unū conuenientibus, fit glaucissimus oculus. Quod si aliqua adsint, aliqua uero non, tunc maior, minor'ue glaucedo contrahitur. Niger uero oculus fit, aut ob paruitatem crystalloidis, aut propter profundum situm, uel quoniam splendens, ac fulgidus exquisite nō est: uel quoniam tenuis humor, uel superabundat, uel purus non existit, uel propter unam aliquam ex his, aut propter omnes fieri consuevit. In ipsis autem magis, & minus, ut antea diximus, res peritur. Tenuis igitur humor quo magis ad aquæ naturam accedit, & superabundat, humidorem oculum ostendit: quemadmodum si crassior, ac minor fiat, sicciorē. Crystalloides autem, si quidem durior existat, sicciorē efficit oculum: si uero mollior, humidorem, sic & si plus modico

tenuem humorē excesserit, sicciorē rem; si autem defecerit, cōtrariū.

DE CORDIS TEMPERA= turis. Cap. xxviij.

De cordis autem tēperaturis deinceps dicendum est. Si prius hæc in memoriam reuocauerimus, quod unamquāq; partem seipsa, uel calidiorem, uel frigidorem, uel sicciorē, uel humidiorem dicimus factam, non aliꝝ cui rei alteri comparentes.* Vt. *τὸν ἐχαρδία τὸν τούτου τοῦ θεοῦ τυχό-* cunque enim extiterit cor natu- ra frigidius, multo sane calidiorē temperaturā possidebit calidissimocerebro.

SIGNA CORDIS CALIDI.

Cap. xxix.¹

CAlidioris igitur cordis, ut ad modum qui ei proprius est, atque conueniens, indicia quædam sunt inseparabilia, & propria, magnitudo respirationis,

& pulsus uelocitas, & frequens
tia, & audacia, & ad actiones na
tura prompta. * quod si multum
in caliditate exceſſerit, tunc ^ofuri
bunda quædam iracundia, & te
meritas adsunt. Est autem his tho
rax hispidus, & præsertim pe
ctus, & quæcunque ilij s partes
proximiores. Magna uero ex par
te calidi cordis temperatura, uni
uersum corpus calidum reddit,
nisi hepar uehementius ^{* obſtitet}
rit. Dicemus autem paulo infe
rius totius corporis indicia. Est
quidem & latitudo thoracis cali
ditatis indicium, nisi & hic quo
que cerebrum plurimum obſtitet
rit, quoniam ^o ei magna spinalis
medulla respondet: tantæ uero
erunt uertebræ, quanta & spina
lis medulla, quare et spina uniu
era. Configitur uero thorax ad eā
spinae partē quæ metaphrenon,
id est, dorsum dicitur, tanquam

χακηος.

δένθυμιατε
νοὺς μεγάλ
οὺς θρακού
της, ita præ
ceps, & furi
osa temeri
tas.χαθ' επο
χόνθριον.αὐτηπερ
τε, in cōtra
rium nita
tur.καὶ τὸν υψη
στο μέγεθος
ἀνάλογον ἐ^o
στιν ἵκενω, i.
spinalis me
dullæ mag
nitudo ei p
portione re
pondet.

ad carinā nauis: quare necessario
eius longitudo æquabitur dorso,
latitudo uero erit pro uertebræ
rum ratione, quādo ad proportionem
earum crassitudinis fuerit
constitutus. cum uero cordis cali-
ditas superans perflauerit, ac di-
latauerit, in primo sui ortu thora-
cem, erit eiusdē caliditati propor-
tione respondens. Quare cum ca-
put paruum, thorax autem latus
extiterit, maximum hoc tibi fue-
rit cordis caliditatis indicium. Cū
uero magno existēte capite, par-
uus fuerit, propriissimum hoc es-
tit cordis frigidioris signum. Si
uero capiti fuerit proportionere
spondens, tunc alijs signis de cor-
de distingues, ex ipsius thoracis
amplitudine nihil, assumens.

SIGNA CORDIS FRIGIDI.

Cap. xxx.

IN frigidiore uero corde pul-
sus minores existūt, quāni mo-

do naturæ cōueniat: non tamen necessario tardiores, uel rariores. Respiratio autem, si quidem tāto thorax minor extiterit, quanto cor frigidius, pulsibus erit^{*} pro-
portionalis. Si uero maior fuerit,
quām pro frigiditatis uehemen-
tia: nō minorem tantum, sed etiā
tardiorem, & rariorem naturam
ostēdit. Tales autem timidi sunt,
& sine audacia, & segnes, & nu-
dum pilis habēt pectus. De eius
uero paruitate distinguēdum ut
diximus prius. Eodem modo &
detotius corporis caliditate.

SIGNA CORDIS SICCI.

Cap. xxxi.

COr autem siccus pulsus ef-
ficit duriores, & iram non
promptam quidem, sed feram,
& quæ non facile sedari queat:
magnaꝝ ex parte uniuersum cor
pus siccus existit, nisi hepar ob-
stiterit.

u 3

SIGNA CORDIS HVMIDI.

Cap. xxxij.

Cordis uero humidioris si-
gnā, pulsus molles, & mores
ad iram quidem proclives, sed ta-
lem, quæ facile sedari possit: & u-
niuersum corpus humidius exi-
stit, nisi hepar obſtiterit. Secun-
dum uero coniugationem qualis
* θυοκράδος tatum primarum* uiciosaे cor-
dis temperaturae ita se habent.

SIGNA CORDIS CALIDI,
& sicci. Cap. xxxij.

Calidi, & sicci cordis, pulsus
durisunt, & magni, & ueloci-
ces, & frequentes, & respiratio-
nes magnæ, & ueloces, & frequē-
tes, & multo magis ad uelocitas-
tem, ac frequentiam uergunt, tho-
race cordi non aucto proportiona-
liter. Hi uero præ cunctis pes-
ctus habent maxime hirsutum,
& ilia. Ad actiones autem prom-

ptisunt, & iracundi, & subiti, &
mores tyrannicos habent ad *fu
rorem faciles, non facile uero pla
cables. De totius autē corporis
téperatura, & thoracis amplitu
dine, his quæ ante diximus pro
portionaliter est distinguedum.

S I G N A C O R D I S C A L I D I,
& humidi. Cap. xxxiiij.

Si uero caliditas unà cū humi
ditate dominabitur, minus
quidē his quos antea diximus, hi
sunt hirsuti ad actiones uero nihil
minus prompti, non tamen fe
rior est animus, sed ad iram pro
cluīs tantummodo: pulsus uero
magni, ac molles, & ueloces, &
frequentes existunt. Et respi
ratio, cum thorax cordi fue
rit proportionalis, eandem puls
ibus formam seruabit. Si uero
minor extiterit, tanto illis ueloci
or erit, & frequentior, quanto

* ἡ θυμον.
ira præcipi
tes.

& thorax minor extiterit. Si autem multa facta fuerit euersio in temperatura, ac si hoc præsertim in humiditate contigerit, præter ea quæ diximus. contingent etiā ex putredine morbi his q̄ in ipsis fuerint humoribus corruptis, ac putrefactis. Expirationes autem maiores sunt, ac uelociores inspirationibus, & *submissio arteriarum in pulsibus uelox.

S I G N A C O R D I S H V M I D I .
& frigidi. Cap. xxxv.

HVmidioris uero, & frigidi. Horis cordis, pulsus quidem molles, moribus autem nequaquam audaces, sed timidi, & segenes existunt. Tales etiam glabrum pectus habent, minimeq; iram retinent, sicuti & ad iram non admodum sunt prompti. Quæ uero ad thoracem, & uniuersum attinent corpus, distin-

Guere oportet, sicuti ea quæ ante
diximus.

SIGNA CORDIS FRIGIDI,
& sicci. Cap. xxxvi.

Frigidius uero cor, & siccius,
pulsus quidem duriores red-
dit, & paruos: respirationem au-
tem, si quidem thorax paruita-
tem cordis frigiditati proporti-
onalem habuerit, moderatam, si
uero maior extiterit, raram ac
tardam. Hi uero præ omnibus
minime ad irascendum prom-
pti. Cum autem coacti fuerint
irasci quibusdam, retinent iram.
Habet autem maxime omnium
nudum pilis pectus. De paruita-
te autem thoracis, ac præterea
totius corporis frigiditate simili-
ter distinguendum. Vnum illud
comimune in hisce omnibus mes-
memoria repetentibus, quod quæs-
cung de moribus, siue nunc, siue

quouis alio sermone explicata sunt ad temperaturæ cognitionem, non de optimis moribus, ac uiciosis, q ex philosophia hominibus adueniunt, sed de insitis, ac naturalibus nos exposuisse.

SIGNA CALIDI HEPATIS.

Cap. xxxvij.

* ἔσθιται.
flaua.

Hepatis calidioris indicia, ue
narum latitudo, *ruffa bilis
abundantior, in consistenti uero
ætate etiā atra: calidior ipsis san-
guis, atq; eadem ratione corpus
uniuersum, nisi obſtiterit cor. His
uenter, & ilia hirsuta.

SIGNA HEPATIS FRIGI.

Cap. xxxviij.

Frigidioris uero, angustia ue
narum, pituita abundatior,
sanguis frigidior, & totius corpo
ris habitus, nisi à corde calefiat,
uenter illis glaber est, atq; ilia.

SIGNA HEPATIS SICCI.

Cap. xxxix.

Siccioris autem, sanguis quidē
Scrassior, & minus abundans,
uenæ duriores, et totius corporis
habitus sicccior.

SIGNA HVMIDI HEPATIS.

Cap. xl.

HVmidioris autem, sanguis
quidem abundantior, atq;
humidior, uenæ autem mollior-
es, ita uero & uniuersum corpus
nisi partes ad cor attinents obsti-
terint.

SIGNA CALIDI ET SICCI

hepatis. Cap. xli.

CAlidioris uero simul, ac sic-
cioris hepatis indicia, ilia
plurimum hispida, sanguis cras-
sior simul, ac fiddior, ruffa bilis
plurima est, consistente autem
ætate & atra, uenarum autem
latitudo, & durities. Sic uero
& uniuersum corpus se habet.

Nam quæ ex corde caliditas originem habet, potest obtundere eam quæ ab hepate nascitur frigiditatem, sicuti & frigiditas caliditatem. Siccitatem uero nō potest humidius cor ad contrarium habitum transferre. Media uero inter has quæ dictæ sunt, est ea quæ ab hepate humiditas oritur. Magis enim à cordis siccitate superat, quam siccitas ab humiditate: minus autem caliditate, adhuc uero multo minus frigiditate. Hæc enim inter omnes qualitates quæ ab hepate eueniunt, facillime uincitur. Liquet autem quod cum in unum conuenerint utriusque principij temperaturæ, totū exquisite secundum illas afficitur corpus paulo uero inferius ipsius dicentur indicia,

S I G N A H E P A T I S C À L I D I ,
& humidi. Cap. xlj.
Humi

HVmidius autē, ac simul ca-
lidius hepar, minus quidē
quā calidius, & siccus ilia red-
dit hispida. Plurimum uero san-
guinis, & uenas amplas, habit
tūc calidiorē, atq; humidiorem
facit, nisi obstiterit cor. Si uero
amplius in ambabus qualitatib;
bus à naturæ modo recedat, à
morbis qui ex putredine, ac * uis-
ciosis humoribus fiūt, facillime
capit. Adhuc autē magis si plu-
rimū augeat humiditas, calidi-
tas uero nō ita. Si autē cōtra, pa-
rum qdē humiditas crescat, plus-
rimū uero caliditas, minime uis-
ciosis humoribus laborant.

* κακοχί-
μοις.

SIGNA HEPATIS HV-
mīdi, & frigidī. Cap. xlīij.

HVmidius autē, & frigidius.
Hepar habet ilia glabra,
sanguinem uero ad pituitæ na-
turam accedentem generat, cum

uenarum angustia: sic & relis
quum afficit corpus, nisi a corde
ad contrariam naturam trans-
feratur.

S I G N A H E P A T I S F R I G I-
di, & siccī. Cap. xlivij.

FRigidius autem, & siccus he-
par cum paucosanguine, &
uenarū angustia efficit corpus,
atq; frigidius, & ilia glabra, nisi
& hic cor dominetur.

S I G N A C A L I D A E , F R I G I-
dæ, humidæ, & siccæ tempe-
raturæ testiculorum.

Cap. xlvi.

TEmperatura uero testiculu-
rum, calida quidem* ad ue-
nerem proclivis est, & masculo-
rum generatrix, & fœcunda, celere-
riter imēt genitales partes obsepit
pilis, simul autem & circūiacen-
tes attingit partes. Frigidior ue-
ro contraria efficit. Et humida

* ἀφρωδί-
σιασική. i. ue-
nerea.

quidē multo & humido semine
abundat. Sicca paucū, & modis
cecrassum generat semen.

SIGNA CALIDAE, ET
ficcæ temperaturæ testicu-
lorum. Cap. xlvi.

Alidior uero, ac siccior, &
crassum semen habet, & fœ-
cundissima est, quæ celeriter ab
initio protinus ad coitū excitat
animal. Sed & his genitales par-
tes citissime hispidæ fiunt, atque
omnes quæ circūstant supra q-
den* usque ad umbilicum, infra
vero usque ad media fœmora.
Petulca igitur est, & ad libidine
prona huiuscmodi temperatu-
ra, statim uero satiatur, & si co-
gatur, offenditur.

* ἄχει τὸν
κατάσπρόμ-
φαλον κα-
ρίων.

SIGNA CALIDAE, ET
humidæ temperaturæ testicu-
lorum.

Cap. xlviij.

X 2

Si autem caliditas humiditati coniungatur, hirsuti quidem tales minus, plus uero semine abundant: nō tamen plus cæteris appetunt, sed minori detrimēto præter modū uenereis indulgēt, quod si satīs excreuerint & caliditas, & humiditas, non sine detrimento à uenereis abstinent.

S I G N A F R I G I D A E E T H U M I D A E temperaturæ testicu-
lorum. Cap. xlviij.

Si uero frigidiorē, & humidiorē tēperaturā testiculi habuerint, partes circūpositæ glabræ sunt, & tarde rē uenereā exercere incipiūt, neq; pni ad actū huiusmodi sunt. Aquosum uero, & tenue ipsis est semē, & infœcūdū & fœminarum generatium.

S I G N A F R I G I D A E , E T
siccæ temperaturæ testicu-
lorum. Cap. xlix.

* 88. θρυ-
σιοι.

FRigidior uero, & siccior tem
peratura similis quidē in reli
quis est antedictæ. Crassius uero
in ipsa semen existit, atq; omnis
no paucum.

DE HABITU TOTIVS CORP
oris. Cap. I.

TOtius autē corporis habi
tus diximus, & superius*
quomodo & hepatis, & cordis
naturā sequant̄, ei autē magis af
similant̄, quod unam aliquā ex
primis qualitatibus potentiore
habuit, quas & effectiuas appell
ant. Totius uero corporis habi
tus in illis maxime dicitur parti
bus q̄ primæ oculis subiiciuntur.
sunt uero he, musculi, qui omnia
ambiant ossa, carnes quædā com
positæ ex prima & simplici car
ne, & filis quibus innascunt̄. p
pria enim musculorū substantia
his duobus cōstat. quæ uero ad
ipsos, uasa pertingunt, ueluti riui

*άς δμοιση
του καρδικ
και ιωατι.

τανισθ
i. fibris.

quidā sunt: qui non substantiam
^{* eis diape- dñp.} cōplent, sed eis subministrāt, ^{* ut} in uita permaneant. Dicent igitur, & horū temperaturæ indicia, in bene téperata habitacione. Nā quæ male temperatæ sunt, ^{* exad' iactas tuas} cutē permutāt ex seipfis formātes, & quædā ex indicj corrum punt: ita & in bene téperata regione, si q̄s se tēpore æstatis nudū soli exposuerit, pmutabit indicia quæ ex calore, & duritie, & mollitie sumunt. si uero quēadmodū bonā temperiē obtinet locus, ita & ipse bene téperato usus, ut q̄ necq̄ se plurimū singulis diebus in sole torrefaciat, necq̄ sicuti plxri'q̄ more puellarum cōtinue in umbra degat, hic certa atq̄ exq̄sita téperaturæ indicia præ se feret. tanquā igit̄ de hoc futuro sermone nunc ad ipsum accedemus.

SIGNA MODERATAE TEM

peraturæ.

Cap. li.

Moderatæ tēperaturæ ins-
dicia secundum totum a-
nimalis habitum. Color quidē
ex rubro, & albo cōmixtus, ca-
pilli uero* flaui, & ut plurimum ^{*ξανθαι με-}
mediocriter crispi. Carnositatis ^{τριας.}
autem mediocritas in qualitate,
& quantitate. Medium est enim
exquisite huiusmodi corpus in-
ter omnes excessus, ut qui ad i-
psum dicantur, & cognoscātur.
nam & crassum corpus ad hoc
comparatū dicitur crassum, &
tenue ad hoc eodē modo, & car-
nosum, & macilentū, & pingue,
& durum, & molle, & hispidū,
& glabrum. nullius igitur ho- ^{οὐδὲν οὖτε}
rum mediocritas est. Sed qualis ^{τέταρτη δέ}
Polycleti regula ad summū to- ^{οὐμείζον.}
tius puenit mediocritatis, adeò ^{κατάρη.}
ut neque tangentibus molle ui-
deatur neque durum, nec cali-
dum, neque frigidum: inspiciens

tibus uero, neq; hirsutum, neque
glabrum, neq; crassum, neq; te-
nue, aut aliquē alium habēs* ex-
cessum, uel defectum.

DE CORPORE CALI-
diore. Cap. lij.

QUÆCÙQ; autē in caliditate
à medio recedunt, non ta-
men in humiditate, & siccitate,
hec quātum ad carnosum genus
attinēt, de hoc enim præsens est
sermo, uident̄ quidē tangētibus
calidiora tantū quātum & eorū
téperatura calidior. Tanto uero
magis hirsuta sunt, quāto & ca-
lidiora, & minus pinguedinis
habent colorē autem rubrum,
& capillos nigros habent.

SIGNA FRIGIDAE TEMPE-
raturæ. Cap. lij.

FRigidioris autē temperatu-
ræ indicia sunt pilorū carens-
tia, pinguedo, & frigiditas quæ

tangētibus obuiat. Color autem
unā cum capillis ruffus. & ubi frī
giditas excesserit, liuidus quodā;
modo existit, quem nonnulli me-
dici* colorem plumbeū appellāt. * μολιβδός χρῶ
taq.

SIGNA SICCAE TEMPERA-

turæ. Cap. liiij.

Siccior autem tēperatura tan-
to gracilior est, & durior bo-
na temperatura, quanto maior
est siccitas. In reliquis autem eos
dem modo se habet.

* αἰλ, ισχυρό^a
τίπα, fortí-
or.

SIGNA HUMIDAE TEMPE-
raturæ. Cap. lv.

ET humidior etiā in reliquis
equidem eodem modo se ha-
bet melius autē carnosa, & mol-
lior & quidem secundum coniu-
gationem qualitatū primarum,
factæ intemperaturæ cōpositam
habent indiciorum formam.

SIGNA CALIDAE ET SIC-
cæ temperaturæ. Cap.lvi.

x 5

CALIDIOR simul, ac siccior est
hirsuta magis, ac calida, &
dura existit, & pinguedine caret
tenuis'que est, & capillos nigros
habet. Si uero multum in calidi-
tate excedat, color quoque niger
illi adest.

S I G N A C A L I D A E E T H U-
midæ temperaturæ.
Cap. Iviij.

CALIDIOR autem, & humidior
temperatura mollior, & ca-
lidior, & carnosior tanto est bo-
na temperatura, quantū & utris-
que qualitatibus aucta fuerit. q
si plurimum augeatur, cito à pu-
tredinis corripitur morbis: quo-
niam & humorum uicio própte
laborat. Si uero parum quidem
humidior sit, multo uero calidi-
or, molliores quidem parū huius
modi sunt his, qui bonam habēt
temperaturā, & magis carnosī,

* κακός
μόρος.

non parū uero hirsutiores, & tangentibus non parum calidiores: nigri uero eis capilli, & caro pinguedine caret. Si uero paulo quidem calidior multo uero humidi or, mollis his caro est, & multa: et color cōmixtus est ex albo, & rubro, & tangentibus paulo calidores. Et ut summatim dicatur, in omnibus temperaturæ coniugationibus semper super excedētis qualitatis indicia eminebunt.

SIGNA FRIGIDÆ ET HV
midæ temperaturæ. Cap.lviij.

FRigidior autem, atque humidior temperatura, si parum quidem utraque augeatur pilis nuda est, & alba, et mollis, & crassa, & pinguis. Si uero magis excesserit, reliqua quidē sunt secundum proportionē augmenti qualitatum, color autem unā cum capillis rufus, quemadmodū si plu

rimum utraq; augeatur, liuidius
Si uero qualitatum augmentum
fuerit inæquale eius quæ superex-
cesserit, indicia eminebunt.

S I G N A F R I G I D A E E T S I C-
cæ temperaturæ. Cap. lix.

Si autem frigiditas una cū sic-
citate æqualiter augeatur, na-
tura durū ac tenue, & glabrum cor-
pus habent, & tangentibus frigi-
dum: pinguedo tamen ipsis, & si-
graciles sint, per carnes dispersa.
Capilli autem, & color frigidita-
tis modum, ac proportionem se-
quuntur. Vbi uero calida, et siccata
temperatura in tempore decre-
menti, in frigidum, & siccū labi-
tur habitū, tunc hi graciles fiūt,
& duri, atque atra bilis in eis do-
minatur: & ob id nigri simul, &
hirsuti euadunt. ubi igitur altera
qualitas plurimum dominatur,
altera uero parū à mediocritate

recedit, superabunt eius quæ dominatur exilia autem erunt altera qualitatis indicia. In omnibus uero de quibus supra diximus, et postea dicemus, cōmune est temperaturæ indicium, si membrum facile frigefit, uel frigiditatis, uel raritatis. Si uero non facile, uel caliditatis, uel densitatis. Si uero a desiccantibus offendat, & aridū, & siccum, & non facile mobile fiat, siccitatis quemadmodū & si ab humectantibus grauiter se habeat, humiditatis. Inspicere autem oportet si eandem omnes musculis eruant temperaturam, uel minime eandem, atque in omnibus animaduertere subiectorū ossium quantitatem. Nonnunquam enim gracile uidetur membrum, cum tamen non sit gracile, quo ad musculos attinet, sed propter ossium tenuitatem tale uidetur, sic & crassius quibusdam plerunque appa-

ret, nō ob ossium amplitudinem,
 * μέσην, i. sed ob multitudinem carnis, quæ
 imminuta. uel aucta, uel comminuta, uel du-
 rior, aut mollior effecta, siccius,
 aut humidius membrum ostendit. Pauca igitur, ac dura, siccius:
 multa autem, & mollis, humidius. Sic & intermedia spacia simi-
 larium corporū, uel plus, uel mi-
 nus humidæ substantię in se ipsis
 continet, & uel crassius, uel tenui-
 us, uel humidius, uel siccius mem-
 brum ostendunt. Humidius qui-
 dem ubi subtilior, & plurima est
 humiditas, siccius uero ubi cra-
 ssior, simul, & minor. Ipse enim so-
 lidæ corporis partes quæ uere so-
 lidæ sunt, ac primæ, nullo modo
 possunt effici humidiores: at fa-
 tis est, si quis eas celerius exiccas-
 ri prohibeat. Intercepta autē in
 ipsis spacia, hac uel illa humidis-
 tate complere possibile. Hęc uer-
 o est proprium partium similas

διαλεμβα-
 θεσας.

rium alimentū, quod ex appositi
one fit, & nō per uasa attrahitur.
Communis autem hæc ratio &
omnium partium existit. Et ite-
rum insalubrium, atque insalus-
brium causarum doctrina repete-
tur: nunc autem ea quæ ordine se-
quuntur attingamus.

SIGNA SICCI VENTRI
culi. Cap. Ix.

VEntriculi* indicia, eius qui * ^{mag} Q.
dem qui natura siccior exi-
stit, si celeriter sitibundi fiant, &
paucus eis sufficiat potus, à pluri-
mo autem aggrauentur, fluctua-
tionibus infestentur, aut superflu-
itet id quod abundat ipsis & ci-
bis delectantur siccioribus.

SIGNA HUMIDI VENTRI
culi. Cap. Ixi.

HUmidioris autem, si neque si-
tibundi fiant, & superabun-
dans humidum facile tolerent, &
cibis gaudeant humidioribus.

SIGNA CALIDI VENTRI
culi. Cap. Ixij.

CAlidior uero natura uentris
culus, melius quidem conco-
quit, quam appetat: & multo ma-
gis quæcunque dura sunt, & non
facile alterationem suscipiunt. nā
quæ facile alterantur in ipso cor-
rumpuntur, gaudetq; calidis po-
tibus, ac cibis: necq; à frigidis ul-
lam percipit noxam. si modice
ipsis utatur.

SIGNA FRIGIDI VENTRI
culi. Cap. Ixij.

FRigidus uero natura uentris
culus, ad appetēdum quidē
plurimum uiget, ad concoquen-
dum autem minime, tales præfer-
tim cibos qui frigidi sunt, & non
facile alterationē suscipiunt. Cis-
to itaq; in ipso acescūt, atq; ideo
aridis eructationibus talis uentris
culus plurimū abundat. & gau-
det

det quidem frigidis, sed facile ab eorum usu immodico offenditur, ita & ea quæ extrinsecus frigida occursant,^{*} nequit tolerare, quæ admodum neq; calidus, calida. Male uero temperaturæ quæ morbi ratione uentriculum occupat, hoc differunt ab his quæ naturales existunt, quoniam contraria, non autem similia appetunt, quemadmodum naturales.

* οἱ φέρεται
πολυχόνιοι
μηλιαρ. diu
τάντισια,
φέρσοι τὸν
μφύτων. ab
insitis.
συμφύτοι.

DE M A L I S T E M P E R A T V= ris in uentriculo coniugatis.

Cap. lxiiij.

MAlæ autem temperaturæ in uentriculo coniugatæ, ex compositione simplicium cognoscuntur. Oportet autem eas quæ iam sunt dictæ diligenter ad uertere, easdē ab his quæ dicent, distinguētes. Non solū enim uentriculus sitibūdos, & minime siti entes facit, & frigidi, calidiue potus appetētes, sed ea quoq; ^{*}uisce

y

raquæ in thorace sunt. ut cor, & pulmo, sed qui ob horū sitiunt caliditatē plus inspirant, & longius expirant, atque æstum in thorace sentiunt, non sicuti qui uentriculi ratione in ilījs caliditatē patiuntur, & cum potauerint non statim sedatur sitis, * & magis cū frigidum hauserint, quām calidū nimis. Refrigerat autē eosdem, & frigidi aëris inspiratio, quæ nihil eos iuuat qui uentriculi ratione sunt sitibūdi, ita & hi qui contrario modo se habēt à frigida inspiratione sensibile sentiūt affectū.

* καὶ οὐτας
χρόνια δύναται, sen-
sibiliter læ-
duntur.

S I G N A P U L M O N I S F R I G I D I . Cap. lxv.

FT hoc maximū sit frigidipulmonis indicium. ut uero frigidum inspirantes manifeste dolorem sentiūt & frigiditatem, ita & caliditas est ipsis amica, sed & pituitæ excrementa cum screatu, & tussi expuunt.

SIGNA PVLMONIS SICCI.

Cap. lxvi.

PVLmonis autē siccitates ex
crementis uacant, & pituita
& uocem claram efficiunt quēad
modū humiditates obscurā redi-
dunt, ac raucam: & cū uehemen-
tius, aut^{*} acuratius loqui studue-
rint, tūc intercidunt excremēta.

DE VOCE. Cap. lxvij.

NON tamē ipsa uocis magni-
tudo à caliditate, sicuti neq;
paruitas à frigiditate inest, sed al-
tera quidē asperæ arteriæ latitu-
dinem sequitur, & uehementiore
efflatū, paruitas uero à cōtrarijs
aduenit causis. Quare neq; sem-
per, neque primū, sed ex acciden-
ti, & solas naturales temperatu-
ras non autem aduentitias uocis
magnitudo, aut paruitas seque-
tur. Quoniam etenim talia instru-
menta temperaturæ ratione sunt

facta, ad hæc consequit huiusmodi uox. Idcirco cōtigit ex uoce de naturali tēperatura ratiocinari.

DE LENI, ET ASPERA
uoce. Cap. Ixviij.

NAm & lenis uox, arteriæ leuitatem consequitur, sicuti & asperitatem. Lenitas igitur, arteriæ moderatam sequitur temperaturam, asperitas uero siccitatem. Asperitas etenim fit ab inæqualitate duri corporis: Arteriam uero durā, similarium partium ex quibus constat, siccitas: inæqualē uero dispersē in eisdem humiditatis defectus. *

DE VOCE ACVTA.

Cap. Ixix.

EOdē modo, neq; acuta natu-
ra uox sine angustia fauciū, neque grauis sine latitudine fieri potest. Angustia igitur ab insita, atq; innata nascitur frigiditate,

* ιηδεια.
efficit.

latitudo autem à caliditate. Differentijs igitur naturaliū uocum hæ quæ ex affectu aliquo fiunt, sunt proportionales, quæ & ipsæ indicia sunt causarū à quibus oriuntur, de quibus in libris de uoce sufficiēter distinxī. Reliquæ uero partes animalis interiores^t exilia habent tēperaturæ indicia. Tantum tamen ea ex iuuātibus, atque nocentibus agnoscere: ac præterea naturalium potentiarū operationes. Dictum uero est in tertio de causis accidentiū, quod cuiusque potētiæ uirtus, & uiciū temperatūra principalis existat. Temperaturarum itaq; indicia iam explanauimus.

* *ūμωδηα,
obscura.*

SIGNA NATVRAE INSTRV mentariæ. Cap. lxx.

Circa magnitudinē uero uel formationem, uel numerū, uelsitum, quæcunq; quideam sensibus subjiciuntur errata, cognitu

y 3

facillima sunt: quæ autem sensu
percipi nequeūt, quædam cogni-
tionem habent difficilem, quæ-
dam uero facilem. Capitis igitur
magnitudo, ac figura, & cerebri
simul, in propatulo sunt, & de his
antea diximus: sic & quæthora-
cis sunt, & quæcunque ad^{*} scapu-
lā opertā a las, & humeros, uel brachia, uel
Latinis uo cubitos, uel extremas manus, uel
cari dicit
Cor. Cels.
ll. viij. c. j.

pedes attinent non est difficile a-
gnoscere, siue secundum formati-
onem, siue secundum magnitudi-
nem, ex his aliquid nō recte se ha-
beat, siue secundum numerum, uel
partium, ex quibus constat com-
posituram, singularū etiam opes-
rationis detrimēta facile patent.
Quæ autem intra corpus sunt nō
omnia possunt agnoscī.

DE VENTRICVLO.
Cap. lxxi,

CVijsdam enim uentriculum adeò paruum ac rotundum, ac pronum secundum ilia situm habentē inspexi, ut manifeste ex circumscrip̄ōe propria, & uidētibus, & tangētibus appareret.

DE VESICA. Cap. lxxij.

Sic & cuiusdam uesicam constigit intueri, ita^{*} expositam, ac paruam, ut si quando urinam tardius excerneret, tumor quidē molestam, circunscriptus manifeste cernetur. Non tamen aliud ex interioribus quidquam mihi unquā manifestum præbuit indicium. Tentare autem oportet quā maxime fieri potest uitutem ipsorum ac uicium: & si non certissima scienza, artificiosa saltem coniectura comprehendere, ueluti, exempli gratia, in hepate.

DE HEPATE. Cap. lxxij.

VIdi enim aliquos, & quidem quamplures quibus uenæ

y. 4

erant angustæ, & totum corpus colore priuatum, quod si pluscum cibi assumpsissent qui præsertim flatibus excitandis aptus esset, & crassus, ac tenax: nonnulli quidem ueluti pondus quodam insidens atque suspensum in profundo dextræ iliorum partis sentiebant: nonnulli uero quandam cum dolore tensionem. In his quidem uerisimile est hepar esse paruum, atque angustos meatus habere.

D E H O M I N E P I T V I T O S O ,
uomente bilem. Cap.lxxiiij.

* ἀγελ. pal
lidam. **A**lterum uidi cuius totus habitus pituitam præ se ferebat, quotidie tamen bilem* rufam euomebat. Censui igit inspicienda alui excremēta, in quibus minimum bilis apparebat. Quare coniectura quadā cōprehendi eum meatū qui biliosum egurgi-

tat humorē non minimam eiusdem partem ad imum uentriculi locū, quem Græci pyloron id est ostiarium uocāt, effundere, ut in quibusdā apparet animalibus. Ex quibus id constat, quod plurimum ad eorū quæ latent sensum, confert cognitionem, ea quæ ex sectionis inspectione habetur peritia, & operationum, atque utilitatum inuentio. Quicunqz igitur facultatem dignoscendi huiuscmodi corpora quæ ita lapsa sunt consequi cupit: oportet ipsum* in sectionibus, ac in operationum, atque utilitatum inventionibus exercitari. Scripsimus uero de omnibus seorsum in tractatibus alijs, de quibus in fine libri omnino proposuimus facere mentionem: ut discēdi cupidi intelligāt quæcunqz discere optauerint, ex quoniam possint haurire tractatu, sed tamen de hisce satis.

* *α τάξις &
πραγμάτων.*

y s.

QVOMODO COGNOSCANTUR CORPORA ÆGROTANTIA.

Cap. lxxv.

QUÆCUNQUE UERO UT NUNC IN SALUBRIA SUNT, HOC EST QUÆSIAM ÆGRITUDINEM PATIUNTUR, DISGNOSCERE & HÆC IPSA OPORTET. QUÆQUIDEM SUBIICIUNTUR SENSUI, EX EORUM QUÆ IPSIS INSUNT, SECUNDUM NATURAM PERMUTATIONE, IN MAGNITUDINE, COLORE, FIGURA, & NUMERO, & SITU, & EA QUÆ EST SECUNDUM DURITIEM, & MOLLITIEM, & FRIGIDITATEM, & CALIDITATEM DIFFERENTIA. QUÆ AUTEM UISUM EFFUGIUNT, UT SUMMATIM DICAM, EX OPERATIONUM LÆSIONIBUS, AUT HIS QUÆ EXCERNUNTUR, AUT DOLORIBUS, AUT TUMORIBUS PRÆTER NATURAM, AUT HORUM QUIBUS DAM, UEL OMNIBUS.

SIGNA CEREBRI PATIENTIS. Cap. lxxvi.

PArticulatim autem quæ qui
dem sunt in cerebro ægræ di-
spositiones, aut ^{*}dementiæ specie ^{quæc. deliri}
bus, aut sensuum, uel ^o imaginatiæ
onum læsionibus, aut actuū qui
secundum electionem fiunt, aut
ex his quæ excernuntur, per pa-
latum, uel nares, uel aures, aut ho-
rum, qui ei dolores eueniunt dif-
ferentijs.

SIGNA CORDIS PATIEN-
tis. Cap. Ixxvij.

QVÆ uero in corde fiunt, ex
difficilis anhelitus specie-
bus, & tremulis motibus qui ipsi
contingunt, ex pulsibus quoque
eius, atq; arteriarum, ab excan-
descendi celeritate, aut tardita-
te, à febribus, & refrigerationi-
bus & in colore differētijs, aceis
qui ipsi adueniunt doloribus.

SIGNA HEPATIS PATIEN-
tis. Cap. Ixxviij.

QVæ autem in hepate, ex defectu humorū, atque abundantia, & ad id quod præter naturam euersione, & * colore malo, ac præterea ex permutatione naturæ in his quæ ad alimēti dñductionem, aut superfluitatum attinent excretionem: sed & ex grauitatibus, & tumoribus et doloribus, non modo his qui in eortum habent, uerum & illis qui compatiendi ratione proueniunt, quemadmodū in aliqua, uel sp̄ritis grauis, uel tussis specie.

S I G N A V E N T R I C U L I P A
tientis. Cap. lxxix.

SIc & uentriculi affectus agnoscitur ubi in concoctione, & appetitu humidi, uel siccii alimenti, uel superfluitatum excretionē delinquitur. Ita etiam, ex singulis eructuationibus, naufēis, uomitibus, & ipsis eorum quæ euoz

* ἀγοιας.

• ἀνάστοση
digestione.

• σύναρθραις,
spirandi dif
ficultate.

muntur speciebus.

SIGNA THORACIS PATIENTIS. Cap. lxxx.

ITa & thoracis agnoscuntur affectus* ex spirandi difficultatis, tussibus, & doloribus qui in ipso fiunt, & ex eorum quæ expuntur differentia. Sic & asperæ arteriæ ægritudines, ^a difficiles anhelitus, & dolor in loco, & quæ expuuntur, & uocis offensiones ostendunt. Secundum uero eandem proportionem, & in alijs omnibus accidit partibus: nā ex tumore, dolore, & operationum læsione, & excrementorum differentia, sumentur indicia. Ex crescentiæ autem non naturales, in inflammationibus, ^a duris, ac laxis tumoribus, sunt explorandas. Dolor autē quemcunq; observit locum, aut^{*} continuitatis solutionem, aut subitam alteratio nem ostendit. Soluitur autē cons-

* *δυσπνοιας*

^a *δύσπνοια.*

" *όχρε. tumores.*

* *φλεγμοναις.*
^a *οκτέρραις.*

" *διδύμασι.*

* *κουκειας*

tinuitas incisiōe, exēsione, tractiōne, & tentiōne. Alteratur uero substantia à caliditate, frigiditate, humiditate, siccitate. Læditur autem operatio tripliciter, aut quia uix, aut quia uiciose, aut quia nullo modo fit.

D E D I F F E R E N T I A E O R V M
quæ excernuntur. Cap.lxxxii.

QVæcunque autē excernuntur, nonnulla quidem sunt ueluti partes* patientium locorum: nonnulla uero tanquam excrēmenta. Quæ uero in ipsis naturaliter cōtinentur, singula propriam facient indicationem. Dixitum est autem plenius de hisce omnibus in tractatu de membris passis, quem nullus ante nos, aut in artem redegit, aut ad absolutā perfectionem deduxit: quēadmodum & in omnibus alijs euenit, quibus initium quidem aliquod

* περιστοι
των affecto
rum.

* Locis affe
ctis,

ab antiquis est datum, nō tamen
absolutū est opus. Aegrotātium
itaque corporum ex tractatu illo
indicia sunt sumenda. eorum au-
tem qui in ægritudinem lapsuri
sunt, & qui sanitati restituendi,
præsens doctrina complectitur.

SIGNA FUTVRAE AEGRI-
tudinis. Cap.lxxxij.

Eorum igitur indicia quibus
ægritudinis periculum im-
minet, medium formam habent
inter ea quæ sanis, & quæ ægros-
tantibus eueniunt. si quidem sa-
nis omnia secundum naturam in-
sunt, præter naturam uero ægros-
tantibus.* In confinio autem ho-
rum ea quæ sunt corporum neu-
trorum indicia, quorum nonnul-
la quidem sunt ex eorum genere
quæ secundum naturam, sed uel
qualitatibus, uel quantitatibus,
uel temporibus permutata. que-
dam autē ex his quæ præter na-

* καθ' οορν
σοιη. quate
nus egratā
τὰ δυλωτή
κατάπνωσα
δῶν.

turam, ac minora his quæ ægritudinibus adsunt. Atque idcirco hæ quidem corporum dispositiones, quæ in ægritudinem casuæ monstrauit, sunt ex neutrorum genere, atq; una ea quæ ipsa indicant signa. Primo enim hæc sanitatem ostendunt, secundo autem ægritudinem: & fiunt eadem signa secundum ad aliquid habitudinem, neutra, & insalubria. quæ quidem præsentem dispositionem ostendunt, neutra: quæ uero futuram præmonstrat, insalubria. Eadem uero ratione, & quæcunque ægrotantibus signa salutaria apparent, dicentur quidem salubria, quia futurā sanitatem ostendunt. dicentur etiā ægra quatenus præsentem ostendunt ægritudinem. Neque in ambiguo est, quod quæ sunt utroruque indicativa, neutra dicentur, secundum unum quoddā neutri.

UOCAT

uocabuli significatum. Neq; uero mirari oportet eadem signa tres in diuersis habitudinibus seruare rationes, quæ & salubria, & ægra, & neutra dicunt. Secundum uero alterum significatum, quæcunq; his qui à morbo refeñtur insunt, signa neutra appellamus. neque in alio significato accipiunt ea quæ senibus insunt, hæc quidem omnia pluribus, & cõceptibus, & rationibus subiçtiuntur. Quæcunq; uero his qui integra sanitate fruuntur, inter salubria tantummodo computantur. Et quæcunq; ægrotantibus insunt, neque futuram prænuntiāt sanitatem, soli & hæc ægrotorum conceptui subiçtiuntur. Sed de his quidem postea dicetur, nunc quæ futurā præmonstrant ægritudinem prius exequamur. Cum uero sit eorū differentia duplex, prius ea per tractemus quæ

quātitatibus, qualitatibus, temporibus, non autem proprijs speciebus ab eo, quod secundum naturam, euariant, ueluti ciborum appetentia intenta, uel dissoluta, aut quæ non seruet tempus consuetum, aut quæ ad edulia nō usitata feratur, aut excretiones cibi superfluitatum quæ aut pauciores, aut plures, aut humidiores, aut duriores existant. Sic humidorum excrementorū, uel defectus, uel superabundantia praeter consuetudinē naturalem, aut in colore, aut in consistentia uarietatis aliqua, aut in tempore excretionis, & uigiliæ plures, ac somnus, aut non consueto tempore. Eodem modo potus pluris, aut paucioris, calidi, aut frigidi, insolens appetitus, sicuti & circarerum uenerearum usum immodica, aut intempestiuam concupiscētia, & plures, aut pauciores

sudores his qui sint opportuni,
 & ad motus torpor, aut si moues
 ritentauerint grauitas, aut uehe
 mens^{*} exolutio, menstruor^z ocs^{* expletio}
 cultatio, uel immodica, aut dimi^{* Suppres-}
 nuta euacuatio. Sic & quæ per Pet mari-
 ora uenarū, Græci hæmorrhoi^z scas.
 das appellant, fit sanguinis effus-
 sio, sed non eadem quæ prius in cibo,
 potu^r p^z uoluptas, sunt futu^r
 ræ indicia ægritudinis: hebetus
 do^cq^z animi non naturalis, aut
 obliuio quædam incōsueta, aut
 somni qui pluribus imaginatio-
 nibus abundant, quām prius au-
 ditus, & odoratus uisus ue hebe-
 tiores, aut turbulentiores. Et ut
 simpliciter dicam, quæcunq^z se-
 cundum naturam inerant, hæc
 quidem augmentata, hæc uero
 comminuta, hæc uero temporis
 bus quibusdā, aut qualitatibus
 immutata. Si quidē & ipsius cor-
 poris moles, aut maior, aut mi-

nor, aut magis alba, aut magis rubra, quemadmodum liuidior, aut nigrior ructus'q; , ac sternu tamēta, & flatus plures, aut pa ciores his qui secundum naturā: sic & quæcunq; per nares, uel pa latum, uel aires, per quos meatus cerebrū expurgatur, uel tem poribus, uel quantitatibus, uel qualitatibus immutata. Hæc igitur omnia ex genere eorum sunt, quæ secundum naturā mor sus quoq; uentris, uel in ore uen triculi, uel in aliquo intestino rum, aut cum aliuus subducitur, aut cum uomitus excitatur, aut cum mingitur, siue aliquis ali us* dolor moderatus ex genere quidem existit eorum quæ præ ter naturam: non tamen qui ita se habent, ægrotare dicunt, sicuti neq; qui capite grauantur, aut dolent, cum nondum in consue tis impediuntur operationibus,

*^{ταῦτα} Q.

Hic enim in huiuscemodi dispositionibus terminus est. Atque ideo in eo quod ad aliquid, eandem dispositionem ægram atque neutrā appellabimus, Nam pro uigore potentiae que uel facile sustinet, uel uincitur, unaquæque exhibet, quas antea diximus, uel morbus est, uel neutra dispositio sic & quæcunq; in sensibus. non in eo quod magis, aut minus inservient differunt, sed eo q; toto genere sunt præter naturā. Et hæc sunt signa morborū, donec medica fuerint, & nondum hominē à consuetis operibus sufficiunt amouere. talia uero sunt in gustu quidem, cum uel salsæ, uel amaræ, aut alicuius alterius qualitatis* sapor nobis indicatur, siue * ἔμφασις, i. expressio, in omnibus quæ bibuntur, aut manducantur, aut præter quod aliqd assumatur, saliuia ipsa talis sentiatur. In odoratu autem quādo

alicuius unius qualitatis sensum habemus, nullo odore præsente, aut quū plura & differētia naribus admouemus, omnia ueluti similia sentimus. Sepius uero nihil sentimus, aut aliqd fœtēs, etiā si nihil adsit quod fœteat. Quātū uero ad auditū, soni, & strepitus ad id quod præter naturā pertinet. Quēadmodū in uisu quæcunq; ante oculos apparere creduntur nigra, & atra, & * cerulea, & ruffa, & ^ rubra, & nonnulla rotunda, nōnulla autē oblonga, quædam gracilia, quædā crassā oculis prætēdi uidentur. In sensu autem tactus quum inēqualitas aliqua, uel spissitudo, uel grauitas, uel tentio, uel torpida, uel ulcerosa dispositio in toto corporis habitu sentit, sic & in singulis partibus, uel tētio, uel cōpresio, uel morsus, uel grauitas, quādo modicæ fuerint, ac minime

* χυαγα.
^ ξανθά. i. se
aua.

γαρκώνις,
i. stupida.

firmæ, neutrā quidē dispositionē adesse demonstrant, futurā uero ægritudinē prænunciant.

S I G N A C O R P O R V M
ægrotantiū. Cap. lxxxiiij.

AT quæ iam in ægrotatibus signa uidentur, ex q̄bus nō nullā *salutem, nōnulla mortem portendunt: ^{*vñctiān.} ^{Priora} prima quidem sa- lubria, altera uero genere quidē ægra, secundum speciem autem pernicioſa dicuntur. Sumuntur autē, ut uniuersaliter dicamus, ex operationū uirtute, ac uicijs: secundum partem uero ex parti- cularium operationibus, quarū genera antea diximus. Primum quidem eorū quæ principia exi- stunt, secundum uero, illorum quæ ^{*vñctiān.} à principijs ortum habēt, & tertium eorum quæ ex seipſis gubernantur, à principijs autem quasdam ^{*vñctiān.} deriuationes habent.

quartum siquidē genus eorum
 quæ tunc diximus, ex se quidem
 ad aliquid prænoscendum inu-
 tile est: secundum accidens au-
 tem, & ex his aliquando præco-
 gnitiones erunt, quemadmodū.
 & ex excrementis: * ex his qui-
 dem compatiēdī ratione: ex ex-
 crementis autem quoniam co-
 ctionis, & incoctionis signa con-
 tinent. Quare fieri non potest
 quin omnino significant, aut na-
 turam materiei, aut materiā na-
 turæ, aut neutrum neutro domi-
 nari. Salubria quidem signa di-
 centur, natura superante: insalu-
 bria uero superata, neutra autē
 quæ pugnas habēt æquales. Sed
 quæ quidē manifestam indicant
 coctionē ex salubribus sunt: si-
 cut quæ cruditatē, ægra: quæ ue-
 ro neque coctionem, neque cru-
 ditatem ostendunt, ex neutrorū
 sunt natura. Sunt uero & neutra

*διάτασσεις, i. omni-
 no.

**συμπαθεῖαι
 αἱ, i. condo-
 lentiæ.

***διαρροϊαι, i.
 manifeste.

quæcunq; nunc quidē hoc, nunc uero contrariū significāt, ueluti digitī denigrati. Talia sunt etiā critica, id est decretoria^{*} accidē-
tia, de quibus omnibus in librīs
de crīsib; dictū est: sicuti etiā
de his quæ ad unamquaq; atti-
nent operationē, in his librīs in-
gbus^o de causis accidentiū agit.
Quare omnem horum singulorū
materiam ex eisdem librīs collis-
gere oportet. Ego uero prolixita-
ti parcens, hic sermoni de signis
finem faciam, transgrediar autē
ad illum qui de causis.

D E C A V S I S . S A L V B R I=
bus, insalubribus, ac neutrīs.

Cap. lxxxiiij.

Quoniam uero & harū hæ
quidem salubres, hæ autē
insalubres, hæ uero neutræ, pris-
mum de causis salubribus erit
sermo. Quia uero, & harum nō;

* Effectui-
ges.

nullæ quidem cōseruatrices, nō
nullæ uero effectrices sanitatis,
sunt autē & tēpore, & dignitate
priorēs* cōseruatrices, incipien-
dum est à cōseruaticibus. Quā
igitur non unū tantum sit sanum
corpus, sed plura, ut supra diffini-
uimus, in eorū singulis propria-
erit causa conseruatrix. Siqui-
dem omnis causa in eo quod ad
aliquid existit. Hic igitur denuo
sumendum initiū ab optima cor-
poris constitutione, ac quæ eis sa-
lubria sint considerandum. Eorū
autem inuentionem ipsius rei na-
tura insinuat. Si enim impatibiz-
ie, atq; inalterabile esset corpus,
semper optima constitutio per-
duraret, neque artis præsidio in-
digeret. Quoniam uero altera-
tur, corrumpitur, & uertitur, ne-
que eundem seruat prioris sta-
tus tenorem, ea ratione auxiliū
desyderat.

QVOT MODIS NOSTRVM
corpus alteretur.

Cap. lxxxv.

Secundum quot igitur alterat̄ modos, tot auxiliorū, hoc est causarum conseruaticum genera habebit, quas ex his quæ dicta sunt liquet esse ex correctiuarum genere. Sed quia paulatim correctiones faciunt, antequām omnis ingruat noxa: nō preservantes à futuro malo, sed presentis status conseruatrices medici appellant. Alterat̄ igit̄ corpus à nonnullis qdē necessario, à qbusdam uero nō necessario. Dico autem necessario, quę nulla est evitandi ratio: non necessario autē reliqua. nā aërem quidē nos ambientē semper *attīngere, comedereq; ac bibere, & uigilare, & dormire est necessariū. Ensibus autē, & exitialibus feris obuias

* τῶ πρὸς
χωτὶ ὁμε-
λεπ.
ο θηρίοις.

re, non necessarium. Quare circa
 primum causarum genus uersa-
 tur ars corporis cōseruatrix, cir-
 ca secundum autē minime. Quot
 igitur numero sint ea quæ ex ne-
 cessitate corpus alterant distin-
 guentes, propriū in singulis eo-
 rum, causarum salubrium genus
 inueniemus. Inest igitur unum
 quidem ex ambientis aëris* ad-
 hæsu: alterum uero ex motu, &
 quiete, & totius corporis, & par-
 tium singularum: tertiu ex som-
 no, & uigilia: quartu ex his quæ
 assūmuntur: quintum ex his quæ
 excernuntur, & retinentur: sex-
 tum ex animæ affectibus. ex his
 enim necesse est aliquo modo af-
 fici corpus. Ab aëre quidē am-
 biente, quia aut calefit, aut frige-
 fit, aut exiccatur, aut humectas-
 tur, uel secundum horum patitur
 coniugationem, aut in tota alte-
 ratur substantia, Ex motu uero,

gymnias.

& quiete, cum utraque modum
 excesserint, aut calefactum, aut
 refrigeratum, aut humectatum,
 aut exiccatum, uel aliquid secun-
 dum horum patiens cōiugatio-
 nem. Sic & ex somno, & uigilia
 ipsum pati est necessariū, secun-
 dum eandē rationem, & ex ani-
 mæ affectibus. Ex his quæ assu-
 muntur, aut excernuntur, aut re-
 tinentur, hæc siquidē omnia par-
 tim quidem euidenter, partim
 vero per alias causas medias al-
 terant corpus, & sanitatem cor-
 rumpunt, & de horum singulis
 seorsum scripsimus in tractatu
 qui* de salubribus inscribitur. *
 Omnia igitur nunc dicta genera
 materialē quædam sunt salubriū
 & causarū. At usu opportuno adhi-
 bito causæ fiunt conseruatrices,
 atque salubres: sed ubi à modo
 deliquerint, insalubres reddun-
 tur. Vnde etiam liquet ex his nō

alias p̄ter has, aut salubres, aut insalubres à nobis existimari oportere, at easdem potius quandoq; quidem salubres, quād oq; uero insalubres, in eo qd' ad alia quid esse. Nam ubi motū corpus defyderat, exercitatio quidē salubris s̄cium autem insalubre. quū uero eget quiete, ocium quidem salubre, exercitatio autem insalubris. Eodē modo de cibis, & potibus, & de alijs omnibus statuendum. Horum enim singulā quando, ut necessitas corporis exigit, cū mensura, ac qualitate opportuna adhibentur, salubria fiunt, at cum citra omnē necesse sitatē, ac præter modum afferuntur, insalubria. Atq; hæ due sunt circa salubre & insalubre* intentiones, rei scilicet quæ adhibetur qualitas, ac quātitas. Necq; enim est rationi consentaneum, etiam temporis occasiōne, quæ in his

* οκόσσων.

* τὸν κατεπίν.

quæ dicta sunt continentur, ueluti
 tertium aliquod ab eisdem diuer-
 sum, introducere. Si enim tali,
 & tanta re allata egeat corpus,
 nemini dubium quinetiā in tem-
 pore opportuno afferatur occa-
 sio. Siquidem *temporis inde or-
 tum habet, quoniam fluxibile,
 ac facile mutabile est mortale
 corpus, ac pro transmutationis
 modo alijs alio tempore eget au-
 xilij. Quare non est tertium ali-
 quod præter ea quæ dicta sunt,
 tempus. Sæpius autē eo tanquā
 tertio quodā ob eam quā dixi-
 mus causam ad docendū uti con-
 sueuimus. Quoniam uero in his
 ipsis intentionibus, & alię causae
 salubres, & id quod propositum
 est genus cōtinetur, rursus easdē
 repetamus. Optimæ igitur cor-
 poris constitutioni cum circūfus-
 sus aër fuerit in téperie positus,
 earum rerū de quibus nuper dis-

* οὐ τέτοιο
 ἡ καιρὸς. i.
 occasiōi or-
 tus inde est
 quoniam.

καιρός. i.
 occasio.

ximus, quietis scilicet ac motus, somni uigiliæ, & eorū quæ assumentur, atq; excernuntur, quātitas moderata conueniet. Cū uero aēr à tēperie recesserit, tātū à mediocritate euariare oportet, quātus fuerit ab optima tēperatiā recessus. Hi uero sunt mediocritatis ^{*} termini, in aēre qdē ambiēte, ut neq; horreat ppter frigus, neq; sudet ppter æstum. In exercitijs autē, cū primū lassitudo cooperit corpus, cōfestim qfcesce. In cibis autē coctionis perfec̄tio, & excrementorū modus, in quali, quātoq; cōueniens, æqualis uero in his quodāmodo est coctioni appetitus: quare neque preside egent, qui singulorū quæ assumuntur quātitatem metiat, Optima siquidē natura, quantū appetit, tantū etiam concoquit. Sic & somno modū ipsa natura præfinit, his qui optimā corporis con-

* οὐδὲν.

Ἄς μήτε
φρίζην διὰ
κρύψ. i. ut
neq; ob frig-
gus inhorre-
scas, neque
sudes pro-
pter æstū.
πονέη.

ris cōstitutionem sunt sortiti: & tunc à somno excitantur, cū cor pus ampliori gete nō eget. Cūq; talem uictus rationem adhibue rit, nullum est in eorum excre mentis delictū, quæ uel per uen trem, uel per urinæ meatus, uel per totum corpus egerūtur. Nā priora quidem ex modo eorum quæ assumuntur temperātur, totum uero corpus salubriter per flari facit exercitiū usus moderat us. Liquet autem ab ipsis caue riopertere, omnes animi immo dicos affectus, uidelicet, iræ, tristitiae, furoris, timoris, inuidiae. Hæc enim* alterant, atq; à natu ralib; statu corpus auertunt.

* Εἰσνογάρη
μὲν ταῦτα
καὶ ἀλλοῖ
ἢ σῶμα.

DE VENEREIS.

Cap. Ixxxvi.

VEnereorum uero, iuxta Epi curi sententiam, nullus est usus salubris. Reuera autem con fert, si tantū interualli in eorum

A

ex iustis. usu adhibeatur, ut neque* reso
 i. dissolutio lutio aliqua sentiatur, & ipse si
 ipso homo quodam modo leui
 or factus, ac melius spirare uideatur,
 Tempus uero ad utem
 v. ~~tempis~~
 et ap. i. cir- dum opportunum, cum in ex-
 cūstantia- cessuum omnium mediocritate
 rum, casuū. corpus fuerit constitutum: cum
 scilicet neque supra modum ple-
 *mīt'wdis. num; neque uacuum extiterit
 i. neq; e- aut in calore, aut frigore, aut sicc-
 itate, aut humiditate excesserit
 corpus. quòd si aberrare conti-
 gerit: paruus sit error. Melius au-
 tem illi calefacto magis, quam
 infrigidato: & pleno, quam ua-
 cuo: & humecto potius corpo-
 re, quam exiccato uti uenereis.
 Horum autem singulorum quæ
 dicta sunt, qualitas in optima
 corporis constitutione est eligen-
 da. exercitiū quidem in quo to-
 tius corporis partes æqua pro-
 portione mouentur, ita ut non

aliæ quidem ultra modum fatigentur, aliæ uero citra. cibi austem & potus optimam habeant temperiem. Sunt enim naturæ cōuenientiores quæ optima furent prædicta temperatura. Eadē in reliquis etiam est ratio adhibenda. At si quod ab optimâ cōstitutione defecerit corpus, non autem uehementer, & hæ quæ ipsius sanitatem causæ conseruant, proportione mutabuntur. Sed cum multa sint huiuscmodi corpora, per singula genera seorsum dicendum. Quod igitur in temperatura euariat, instrumentiarum autem partium seruat commoderationem; duplice habet salubrium causarum formam: alteram quidem earū quæ ipsius conseruant temperaturam, alteram uero eā, quæ ad optimam transferunt. Quæ itaq; ipsius temperaturam

A 2

conseruant, tatum à causis optime temperatæ naturæ distabunt quantum & totius corporis temperatura ab illa euariabit. Calidiora si quidē corpora calidioris uictus rationem exposcunt. Frigidiora autem frigidioris, & sicciora siccioris, & humidiora humidioris, ac secundum coniugationem calidiora, ac sicciora calidioris, ac siccioris, eadem in reliquis etiam coniugationibus proportione seruata. Recte siquidem causarum utetur materia, ^{*συμφύτος.} qui^{*} naturales earum potentias i. insitas. agnouerit, ueluti quod motus, ^{defectus alimenti, vigiliæ, excre}
^{* ιδεῖα.} tio, & omnes animi affectus corpus exiccant, at quæ his contraria existunt, humectant. Ita uero & calefacientia, & refrigerantia uitæ instituta, & ciborum, ac potuum, atque ut simpliciter dicā, omnium, quæ corpori afferuntur,

materias quis noscens, atq; potētias, salubribus utetur causis, si milia similibus afferendo: siquis dem eius propositū fuerit in eosdem in quo acceperit, corporis seruare temperaturam. Quòd si permutare, atque ad melius traducere statuerit, alterum est hic salubrium causarum genus, his quidem quas nuper diximus contrarium: æqualiter uero declinans ad alteram partem, à bene temperatis, & medijs, quæ optimis conuenire naturis dicebamus. Calidior siquidē, ac siccior temperatura, à calidioris, ac siccioris uitius ratione ad exactissimū bonæ temperaturę habitū minime transfertur. At talium erit usus necessarius, quæ tātum eis, quæ bene temperata existūt, frigidiora sint, atque humidiora, quantum & natura naturam in caliditate, & siccitate superær

*συμφύτος, bat. nā tale causarum genus *na
turales corrigit intemperātias,
alterum uero de quo supra dixi:
mus temperaturā conseruat. Est
autem utriusque uicissim apud
medicos usus necessarius. nā cū
plurimum suppetit ocij, corrige:
re oportet, ac sensim ad meliora
transferre. Neque enim natura
patitur eas quæ subito fiunt al:
terationes: hominem autem ne:
cessarijs occupationibus distri:
ctum, in eodem præstat habitu
conseruare. Quo pacto igitur &
hoc ipsum primum causarū ge:
nus cōseruatiuum appellamus?
nam forte magis alteratiuum,
*& curatiuum & naturaliū de:
fectuum correctium uocare cō:
ueniat. Quoniam ad uniuersum
sanitatis genus referentes, non
ad eas quæ secundū speciem dif:
ferentias quæcunq; sanos conser:
uant, conseruatiua omnia uocas

mus: siue præter id quòd sanitatem conseruāt ad melius totam, traducant temperaturā, siue pristinum tantūmodo habitū tuerantur: at quæ deteriorem statum efficiunt, insalubria. Quæcunque igitur similem habent in omnibus corporis partibus intemperiem, eadem egent * procuratio- * i. cura, ne: quæ uero dissimilem, dissimi- li. Nam fieri potest ut uentriculus frigidior sit quam oporteat, caput uero calidius, atque utrūque proprijs egeat auxilijs, ac ratione eadem singulæ aliæ partes cū fuerint aut præter modum humidiiores, aut sicciores, aut calidiores, aut frigidiores, suæ intemperiei uictum exigunt accommodatum. Neque igitur modo eodē omnes tales corporis partes exercebimus, neque æqualiter humectabimus, aut exiccamus, aut tale aliud quippiā age-

mus . Plenius uero de his diximus uolumine illo, quod de salubribus inscribitur.

DE CAVSIS SALVBRIBVS
partium instrumentariarum.

Cap. lxxxvij.

Instrumentariarū autē partiū causæ salubrēs, quēadmodū & hic ab optima constitutione delinquit, ita & inuicē distabūt. Alij enim sunt salubres erroribus qui in formatione cōsistunt, alia his qui in magnitudine, uel numero, uel positu. In formatiōne igitur plures contingunt errores, nā & figura partis, & si qua in ea cauitas est secundum natūram, uel meatus, uel orificiū, uel asperitas, uel lenitās, quādo à naturali mediocritate recesserit. Si quidē parū hoc patiantur : salubrī corporum retinent appellationem. si uero amplius, insalus-

briū. Quod si tantus fuerit recessus, ut operationi afferat detrimentū, iam ægrotare dicent. Secundum quātitatem autē excessus, atq; * defectus ad easdē ducit ^{* iumentis,}
 differētias. In numero uero, siue
 una, siue plures quæcunq; ex similiaribus partibus fuerint, aut
 deficient, aut superabūdent. Ex
 hoc genere etiam sunt quæcunq;
 in nobis substantiæ præter natu
 ram consistunt. Reliquum est aliud genus, quod ad situm cuiuslibet simplicis attinet partis, in
 quo & ipso quatuor sunt omnes
 differentiæ. prima quidem quæ
 optima existit: secunda uero quæ
 parum euariat. atq; ideo salubre
 adhuc efficit corpus: & tertia
 quæ insalubre, quando amplius
 à modo recesserit: & quarta quæ
 iam ægrum recessu plurimo red
 dit. Quæcunque igitur partes
 in figura delinquent, ueluti quæ

A

* Blæwā. i. blæfæ, uaræ, & obliquæ appell.
 valgi seu lantur: hæ quum nuper natus &
 uatij, uide adhuc tenellus est, formatione,
 Gal.lib.de atque alligatione, ad naturalem
 morborum traducuntur habitum. quòd si
 causis: Alij iam aucto infante ad duritiam
 legūt, Blæwā. i. ua peruerent, emendari non pos-
 oī. sunt. Sic errores quidem qui ad
 * τελαθέν- cauitatem attinent, cum adhuc
 τα. i. persecul- augeri perseuerat, correctionem
 sunt. admittunt. cum autem iam ad
 ultimum peruerent, nullus est
 remedio locus. Cauitates igitur,
 quiete, atque alligatione paruæ
 redduntur: magnæ uero partiū
 operatione, & spiritus retentio-
 ne: sic & quæcunque foramina
 foras. i. sō orāc̄. Et quidem quæ natura-
 mīa. i. mea- lem magnitudinē partes exupen-
 rans, quiete, & accommoda al-
 ligatione minores redduntur, au-
 gentur autem & naturali motu,
 & frictione moderata, & qbus-
 cunc̄ alijs plus sanguinis attrah.

here natura aptis. Deficiētes uero
 partes quæcunq; ex sanguine
 ortum habuerint, corrigi quis-
 dem non est impossibile. quæ au-
 tem ex semine, propemodum im-
 possibile existit: licet tamen alii
 quando loco eorum alia facere
 quæ usum haud dissimilem præ-
 stent. Earum uero omnium na-
 tura opifex est, medicus autem
